DIE REGESTEN DER BENEDICTINER-ABTEI PFÄVERS UND DER LANDSCHAFT SARGANS



Vorwort des Bearbeiters.

Es erscheinen hier die Urkunden-Regesten der vormaligen, vom heil. Pirminius im 8. Jahrhundert gegründeten *Benedictiner-Abtei Pfävers*, eines der ältesten geistlichen Stifte Helvetiens, welches nach mehr als tausendjährigem Bestande, und nach vielfach erlittenem Schicksals-Wechsel, endlich im Jahr 1838 einer unrühmlichen Selbstauflösung unterlag. Die *Geschichte* des Klosters, namentlich in Bezug auf dessen *äussere* Schicksale, ist in mehrern gedruckten Werken abgehandelt. *Leu's helvet. Lexikon* XIV, Art. *Pfefers* S. 483 — 506, gibt einen zwar sehr trockenen, doch mehrentheils richtigen und ziemlich vollständigen Abriss der Begebenheiten dieses Stiftes nach der Reihenfolge seiner Aebte, augenscheinlich auf Grundlage der, von dem Zürcherischen Chorherrn *J. J. Scheuchser* in Pfävers selbst gesammelten urkundlichen Materialien. Dieser gelehrte Mann hat im J. 1734 in amtlicher Stellung über diejenigen theils in Original vorliegenden, theils nur in einem s. g. *Transsumpt* vorhandenen Pfäverser Dokumente, auf welche das Kloster die Ansprüche der Landeshoheit innerhalb seines Territorialgebietes, gegenüber den regierenden Orten der Grafschaft Sargans, begründen zu können vermeinte, ein umfassendes diplomatisches Responsum ausgestellt, welches für die Aechtheit mancher dieser Urkunden ein keineswegs günstiges Zeugniss ablegt. Beinahe achtzig Jahre später unterstellte der verdiente bündner'sche Geschichtsforscher *J. U. von Salis-Seewis*, Sohn, auf Verlangen des damaligen, durch literarischen Verkehr ihm befreundeten Archivars zu Pfävers, die nämlichen Kloster-Urkunden, besonders mit Rücksicht auf die, von Scheuchzer diesfalls gemachten Austellungen, neuerdings einer sorgfältigen Kritik, die in ihren Resultaten mit denen des Scheuchzer'schen Responsums im Wesentlichen zusammentraf. Die Aufsäze Beider wurden für die vorliegende Regesten-Arbeit mit zu Rathe gezogen. In dem, von dem St. Blasianischen Conventual *P. Ambrosius Eichhorn* herausgegebenen *Episcopatus Curiensis* ist der Geschichte des Benediktiner-Stiftes Pfävers ebenfalls ein ausführlicher Abschnitt (S. 266—294) gewidmet und darin namentlich die Zeitfolge der frühern Aebte nach zuverlässigen Quellen untersucht und bereinigt. In dem beigefügten Codex Probationum finden sich 30 Urkunden von Pfävers ganz oder im Auszuge abgedruckt. Durch die, von *Ild. von Arx* in 3 Bänden bearbeiteten *Geschichten des Kantons St. Gallen* hat auch die Klostergeschichte von Pfävers neues Licht gewonnen, da der Verfasser aus dem, von ihm fleissig durchforschten Urkunden-Vorrath des Pfäverser Archivs manche bisdahin unbekannt gebliebene historisch interressante Nachrichten und Aufschlüsse in seinem Werke veröffentlicht hat, wenn gleich in den einzelnen Angaben diese und jene Uebereilungen und Unrichtigkeiten mit eingeschlichen sind. Endlich hat Dr. *Kaiser* in der zweiten Auflage seiner trefflichen Monographie über *die Heilquelle zu Pfävers* (S. 1—50) die wichtigsten Momente der Geschichte des Klosters Pfävers und der, demselben angehörigen Badeanstalt, sowie in der dritten Auflage dieser nämlichen Schrift auch die lezten Begebenheiten bis zur endlichen Auflösung des Stiftes, in gefälliger und anziehender Weise beschrieben.

Obschon die Abtei Pfävers im Laufe der Zeit durch Feuersbrünste und andere Unglücksfälle nicht geringen Verlurst an werhvollen Schriften und Dokumenten erlitten haben mag, so ist der übrig gebliebene Vorrath an Urkunden doch immer noch ziemlich bedeutend. Der *Zahl* nach stehen zwar die Pfäverser Urkunden hinter denen des Stiftes *Einsiedeln*, dessen Regesten vor Kurzem gedruckt erschienen sind, zurück, während sie dagegen, indem sie zumeist auf ein bestimmtes Lokalgebiet sich conzentriren, in ihrer Gesammtheit, mehr als jene, ein in sich abgeschlossenes zusammengehöriges Ganzes bilden. Mögen zwar diese und andere, aus den schweizerischen Archiven von Zeit zu Zeit hevorgehende Urkunden-Regesten der *allgemeinen* vaterländischen Geschichte keinen erheblichen Gewinn zuführen, so bleibt ihnen doch wenigstens für die *Spezialgeschichte* der einzelnen Kantone und Orte ihr

Werth unbestritten. In dieser Hinsicht dürfte auch den mitfolgenden Regesten der nun sekularisirten Benediktiner-Abtei Pfävers und der Landschaft Sargans ihre Bedeutung für die Rechts-Kultur- und Sittengeschichte derjenigen Landesgegenden, welche sie vorzugsweise beschlagen, nicht abzusprechen sein. Namentlich sind es die bäuerlichen, grundherrlichen und leibeigenschaftlichen Verhältnisse in diesen vormals rhätischen Gebietstheilen, nach ihrer im Lauf der Jahrhunderte erzeigten Beschaffenheit und Entwicklung, über welche die Urkunden-Regesten von Pfävers vielfaches Licht verbreiten. Auch die eigenthümlichen Beziehungen, in welchen die Abtei Pfävers zu ihren Schirmvögten und nachher zu den Eidgenossen stund, desgleichen die kirchlichen Rechtsverhältnisse, sowohl in Hinsicht auf die Ausübung der bischöflichen Gerichtsbarkeit, als in Bezug auf das Collatur- und Pfründewesen, erhalten durch vorliegende Urkunden-Regesten ihre mehrseitige Beleuchtung. Allerdings befinden sich darunter auch nicht wenige Erblehen- Kauf- Gült- und Zinsbriefe, welche an und für sich ohne geschichtliche Bedeutung sind, deren Weglassung aber gleichwohl nicht zweckdienlich gewesen wäre, weil derartige Urkunden über die im Besize des Grundeigenthums vorgegangenen Veränderungen, über die verschiedenartigen, auf demselben gehafteten Servitute, über Benennungen und Preise der Liegenschaften etc. hin und wieder nützlichen Aufschluss geben und überhaupt das historische Bild der äussern Landeskultur vervollständigen helfen. Dass einzelne Dokumente nicht in blosser Regesten-Form, sondern ihrem vollständigen Texte nach aufgenommen worden sind, dürfte wohl kaum einem begründeten Tadel unterliegen, indem diejenigen Aktenstücke, welche in extenso mitgetheilt wurden, entweder eines Auszugs nicht fähig sind, oder vermöge des historischen Interesse, welches sie in ein' oder anderer Beziehung gewähren, zu unverkürztem Abdruck sich eigneten. In Bezug auf das Ungleichartige und bisweilen Auffallende in der Rechtschreibung ist zu bemerken, dass für die wörtlich mitgetheilten Urkunden und für einzelne Stellen aus denselben, sowie auch für diejenigen Regesten, welche der Sazfügung des urkundlichen Textes zunächst sich anschliessen, die Ortographie des jeweiligen Originals oder der benuzten handschriftlichen oder gedruckten Copie überall möglichst beibehalten worden ist.

Dass auch die Urkunden der *Landschaft Sargans*, soweit dieselben erhältlich waren, in die Bearbeitung der Pfäverser Regesten mit aufgenommen wurden, geschah zum Zwecke der mehreren Vervollständigung, da nämlich die Abtei Pfävers nicht nur in *geographischer* Hinsicht, sondern zum Theil auch *politisch* einen Bestandtheil des ehemaligen Sargansischen Grafschafts-Gebietes ausmachte. Was von besagten Sarganser Urkunden zu St. Gallen sich vorfindet, ist dem dasigen *Kantonsarchive* einverleibt, der grössere Theil der übrigens keineswegs zahlreichen Urkunden der vormaligen Landvogtei Sargans liegt aber derzeit noch in *Zürich;* dort wurden im Jahr 1845 durch den St. Gallischen Staatsarchivar zu Handen des hiesigen Kantonsarchivs von manchen derselben vidimirte Abschriften genommen.

St. Gallen, *im Oktober 1850.*

Karl Wegelin, *Stiftsarchivar.*

Die Regesten der Benedictiner-Abtei Pfävers und der Landschaft Sargans.

Nr.	Datum	Regest
1	770 Febr. 23.	*Bulla Stephani* (IV) papae Bertrantio abbati concessa, qua monasterium B. V. Mariae, situm in pago Churwalia in Rhetia Coriensi, „quod venerab. sanctae memoriae Pirminius construxit, multisque bonis dotauit," in defensionem summae sedis suscipitur et omnia iam acquisita vel adhuc acquirenda eidem confirmantur. Abbas quoque hortatur, ut locum sibi commendatum cum fratribus suis omni studio excolat et nil ex his, quae deo sunt oblata et consecrata, inutiliter dispenset, sed potius fratres suos secundum regulam b. Benedicti dirigat atque prouideat et lucrum animarum sibi commissarum semper intendat. Demum omnes contrafacientes maledicuntur et anathematizantur. Dat. VII. Kal. Martii anno 770. „Signum Lulli archiepiscopi Mogunt. Et ego Ursicinus Corien. episcopus, et ego Dauid Spirensis, et ego Wernharius Wormatien. et ego Symbertus Augustanensis subscripsimus." Wormatiae. Transsumpt der Pfäverser Urkunden, gefertigt im Jahr 1656 nach dem unter Abt Melchior von Hörnlingen 1498 veranstalteten Vidimus derselben, p. 18. Wir werden diese Handschrift auch in der Folge, unter dem einfachen Namen *Transsumpt*, als Quelle für diejenigen Urkunden citiren, die weder in Original vorliegen, noch irgendwo gedruckt zu finden sind. Bei Eichhorn, episc. Curien., Cod. prob. p. 33, not. b., wird dieser päbstl. Bulle ebenfalls erwähnt, deren Aechtheit aber in ihrer vorliegenden Fassung aus historischen Gründen bestritten.
2	799 März 14.	*Leo* (III) papa monasterium b. Virg. in Poevers, in comitatu Curiensi, cuius religiosi ob bonam conversationem multum laudantur, in suam et SS. Petri et Pauli protectionem suscipit. Contrafacientes maledicuntur. Sub abbate Eberhardo. — Dat. pridie Idus Martii (melius Maii bemerkt Eichhorn) per manus Joannis bibliothecarii et cancellarii ecclesiae Romanae. Paderbornae, a Ch. 799. Abgedruckt bei Eichhorn, Cod. prob. Nro. 4. Mohr Cod. diplomat. von Graubünden Nro. 11, im Auszug. Das Original fehlt.
3	807 Nov. 11.	*Karolus* rex Francorum et Langobardorum et patritius Romanus pro opportunitate filii sui Pipini, et interventu Waldonis episcopi et abbatis S. Dionysii, monasteriolum seu ecclesiam in Corowalboan, quae est constructa in honorem intemeratae virg. Mariae iussu b. memoriae Pirminii, liberam et regia defensione munitam esse declarat, confirmans eidem ecclesiae omnia iura sua, manicipia, terras cultas et incultas. Impugnantes hoc monasterium anathematizantur. Fit etiam mentio bullae Leonis papae suprascriptae (vid. No. 2) Dat. Luttenhofen palatio regio a. D. 807, III. Idus Novemb. Indict. XV. Abgedruckt bei Eichhorn, No. 5. Cod. Dipl. v. Graubünden N. 13, im Auszug. Das Original fehlt, aber in dem Transsumpt ist diese Urkunde vom J. 807 datirt, während sie bei Böhmer (Reg. Karoling. N. 179) und in der Graubündner Urk. Samml. ins J. 805 gesetzt wird. *Scheuchzer* bestreitet die Aechtheit des Diploms, wenigstens in dieser Form der Austellung, mit Grund. Eine Urkunde Karls des Grossen, die ein in Zahlen ausgedrücktes Datum trägt, ist, wenn nicht andere entschiedene Gründe für deren Aechtheit sprechen, immerhin sehr verdächtig. Dagegen ist nicht zu übersehen, dass K. Lothars Diplom vom Jahr 840, (N. 6) dessen Ingenuität ausser Zweifel ist, auf ein Privilegium Karls d. Gr. ausdrücklich hinweist. In Bezug auf den Ort der Ausstellung sagt Eichhorn: „Regium palatium huius „nominis nullibi occurrit; suspicari licet, amanuensem minus peritum *Theodonisvillam* germanice expressurum *Dieten-„hofen* scribere voluisse. Dolendum est, scribentium vel inscitia vel inertia plures errores in apographa irrepsisse."
4	819 Juni 12.	Diploma *Hludouuici* regis, datum Gebenio capellano suo et abbati monasterii b. virg. Mariae, quod situm est in provincia Churowala in comitatu Curiensi, Hunfridi filii magistri Palatii. Confirmatur superius diploma Caroli Magni (Nr. 3) et consequenter abbatia Fabariensis eximitur ab omni extranea potestate, „ita ut nullus episcopus, dux, comes, „vel iudex publicus res, immunitates, aut possessiones memorati monasterii infestare, infeudare, aut quovis modo „deturbare audeat, sed semper sub tuitione et mundibordio nostro inconcussum consistat." Dat. Theodonisuilla a. Ch. 819, II. Idus Junii. Imperii VI. Indict. II. Im Pfäverser Transsumpt erscheint die Jahrzahl als blosser Zusatz des Schreibers oder Vidimators. Abgedr. Hergott Genealog. Habsburg. II. N. 38. Die Aechtheit dieser Urkunde, die nicht in Original, sondern nur im Transsumpt vorfindlich ist, wird von *Scheuchzer* angefochten. *Heumann* in Commentariis de re diplomat. I. p. 262 zählt dieses Diplom unter diejenigen, „quarum vulneribus nulla medicina par videtur sanandis." Böhmer hat die Urkunde in die Karolinger-Regesten nicht aufgenommen.

5 — 831 Juni 9.

Praeceptum *Hludouuici* imperatoris de restituendis bonis ac iuribus Fabariensi Monasterio, in pago Rhetiae sito, iniuste subtractis. Joannes abbas monasterii predicti cum monachis suis apud imperatorem Hludouuicum conquestus erat, „quod a quodam quondam comite nomine Roderico infestationes et praeindicia tanta ac detrimenta ipsi et familiae „eorum pertulissent, ut non solum rebus, quas ad praedictum locum deum timentes homines pro remedio animarum suarum „monasterio contulerunt, expoliati essent, sed etiam ipse abbas pene omnem potestatem monasterii sui amissam haberet.“ Imperator libenti aure easdem abbatis et monachorum querelas percipiens, quamprimum legatos suos, Bernoldum scilicet episcopum Strazburgensem et Godefridum S. Georgii abbatem, nec non et Hhotarium comitem, Fabariam rapinae atrocitatem indagaturos misit. Ab eis posteaquam imperator abbatis querimoniam veram ac iustam esse cognovit, sua authoritate bonorum restitutionem monasterio sanxit et privilegium immunitatis ab omni extranea potestate, similiter ab omni exactione, eidem hoc diplomate confirmauit. Dat. Ingelenheim V. Idus Junii. imp. a. XVIII. Indict. VIIII.

Abgedr. Schöpflin Alsat. diplomat. I., N. 93. Hormayrs sämmtliche Werke II. Urk. Nr. 3. Cod. dipl. v. Graubünden extr. N. 21. Böhmer, Regesten der Karolinger, N. 417. (Der Abdruck bei Grandidier ist uns nicht zur Hand.) Die ältern Pfäverser Scribenten setzen diese Urkunde, die nicht mehr in Original vorhanden ist, in's Jahr 826. Scheuchzer macht einige unerhebliche Ausstellungen gegen dieselbe.

6 — 840 Juli 24.

Hlotharius imperator ad preces Syluani abbatis monasterio Fabariensi, quod constructum est in honore S. Mariae in pago retiae, Karoli aui et Ludouici genitoris sui precepta, regiae videlicet tuitionis defensionisque emunitatem, confirmat, eo tenore, ut nullus iudex publicus, nec episcopus, aut comes super monachos, nec super eorum causas nec familias, intus vel foris exerceat potestatem: Item nulla potestatis persona inde quippiam alicui in beneficium prestare presumat, sed sub imperii tuitione perpetualiter ipsi et res illorum permaneant. Insuper monachis conceditur potestas, quemcunque inter eos abbatem uoluerint eligendi. — *Eichardus* ad uicem *Agilmari* recognouit. Dat. Strazburc ciuitate, VIIII. Kal. Aug. a. imper XXI. Indict. III.

Abgedr. Eichhorn, N. 9. (Den Abdruck bei Grandidier kennen wir nicht.) Böhmer Reg. d. Karolinger, N. 557. Diese älteste, noch vorhandene Original-Urkunde des Pfaverser Archivs ist an einigen Stellen beschädigt und das Sigel weggefallen.

7 — 861 März 6.

Hludouuicus imperator confirmans Salamanno abbati monasterii (hier ist offener Raum für ein mehrsilbiges Wort); quod est constructum in honore sanctae dei genitricis Mariae, vasso suo dilecto, privilegium immunitatis seu exemptionis ab omni iudiciaria potestate, nec non ab omni exactione, suscipit eandem abbatiam cum omnibus pertinentiis suis in tutelam regiam. Conceditur quoque iam dicto abbati, suisque successoribus potestativa rerum monasterii possessio, et omne id, quod exinde fiscus sperare potuisset, in subsidia pauperum et stipendia seruorum hic deo famulantium donatur. Contrafacientes et impugnantes monasterium luant XXX. libras argenti. Adalbertus cancellarius ad uicem Remigii recognouit. Dat. Mantua ciuitate. Pridie Nonas Mart. a. imp. XI. Indict. X.

Abgedr. Muratori Antiq. V. p. 961. Eichhorn N. 13. Neugart, Cod. dipl. Alleman. N. 408. Böhmer Reg. der Karolinger, N. 656. Das Original im St. Gall. Stiftsarchiv; Sigel noch ganz erhalten, die Umschrift aber unlesbar. Den Abt *Salamannus*, der in dieser Urkunde zum Vorschein kommt, hält Eichhorn für die nämliche Person mit dem Abt *Syluanus* in N. 6. Im Abdruck bei Muratori heisst es dagegen: Salamannus abbas monasterii *S. Galli*, was theils eine willkührliche Ergänzung des Originaltextes ist, theils mit der Zeit im Widerspruch steht, indem *Salomon*, der hier gemeint sein müsste, erst im Jahr 889 Abt in St. Gallen wurde. Vergl. Heumann, Comment. de re diplom. I. 358.

8 — 877 Mai 22.

Karolus (Calvus) *rex* monasterio S. Mariae, quod dicitur Fabarias, immunitatis priuilegia confirmat, adeo ut nulli inde quicquam in beneficium dari queat, sed monachi ac res illorum sub regia defensione et mundio (sic) semper consistant. Item nemo res monasterii inuadere aut de potestate illorum monachorum auferre presumat, sed e contra liceat eisdem religiosis illas potestatiue tenere et pro libitu suo frui. Sub Vitali Abbate. — „Signum dom. Caroli serenissimi *imperatoris* Augusti. Inquirinus notarius ad uicem Liutuuardi recognouit. Data Bisistat. XI. kal. Jun. a. incarn. dni nostri J. Ch. 877. Indict. X. anno uero imp. domni Karoli secundo.“

Noch nirgends gedruckt, aber erwähnt in Leu's helv. Lexicon XIV, 486, und Eichhorn, p. 271. Das Sigel ist noch grossentheils vorhanden, hat sich aber von der Urkunde abgelöst. Die Umschrift: † Carolus gratia d.....

9 — 889 Jan. 21.

Harnolphus rex declarat, se Hugonem Burchardi comitis interventu ad abbatiam, quae constructa est in honorem intemeratae virg. Mariae in provincia Rhetiae, libenter promovisse, et per intercessionem Hattonis abbatis Augiae dictae Sinthleozohovva omnia bona cum advocatis ibi constitutis sub regia defensione et immunitatis tuitione suscepisse. Liberatur insuper monasterium praefatum a cuiuscunque iudicis potestate et ab omni exactione. Dat. Franconofurti. XII. Kal. Febr. Indict. VII. regni II. a. 889. — Original nicht vorhanden.

Abgedr. Herrgott II., N. 88. Neugart, N. 584. Cod. Dipl. von Graubünden Extr. N. 34. Fehlt bei Böhmer. *Scheuchzers* Ausstellungen mögen auf Rechnung der unkritischen Abschrift im Pfäverser Transsumpt gesetzt werden. Viel gewichtiger ist der Umstand, dass eine andere, nur einen Tag früher gegebene Arnolphische Urkunde von einem ganz andern Ort, als dieser, datirt ist (vid. Böhmer N. 1051).

10 — 893–899

Intra hos annos *Salomon* episcopus Constantien. et monastrii S. Galli praesul Arnulpho rege promovente abbatiam Fabariensem primitus acquisisse creditur.

11 — 905 Febr. 6.

Hludouuicus rex intercedentibus Adalberone (Augustano) et Vualdone (Frisingensi) episcopis quandam abbatiunculam Fauares nuncupatam, quae sita est in retiae Curiensis partibus, Salomoni constantiensis ecclesiae pontifici (et S. Galli abbati) perenniter in proprium concedit, cum omnibus attinentiis suis, ea firmitate, ut dictus Salomon prenominatam abbatiolam, consentiente videlicet atque perdonate (sic) Burchardo illustri marchione, qui eundem locum eatenus iure beneficiali obsederat, nunc et deinceps omni tempore iure proprietario habeat, teneat ac possideat, faciatque inde, quicquid sibi libuerit, nulla unquam contradicente persona. Dat. ciuitate Radasbona. VIII. Id. Feb. a. dom. 905. Indict. VIII. regni V.

Abgedr. Neugart N. 654, aus dem Cod. Trad. S. Galli. Böhmer N. 1204; das Original im St. Gall. Stiftsarchiv, mit wohlerhaltenem Sigel, Umschrift: † Xpe protege Illvdoicvm regem.

12 — 909 Dec. 28.

Salomon „Constantien. ecclesiae presul, idemque monasterii confessoris Xpi Galli abba", eidem S. Galli coenobio abbatiam Fauariensem, a rege Hludouuico, Burchardo earum parcium duce consentiente, in proprietatem sibi concessam, solemni et stabili donatione contradit, ut a dicti confessoris xpi officialibus memorata Fauariensis cella procuretur, gubernetur ac perpetualiter cum diuina propitiatione possideatur. Haec donatio facta est praesentibus Vualdone, ipsius Salomonis nepote, manus suae impositione sermonumque attestatione ipsam traditionem confirmante, nec non Erchangerio comite, eiusdem pueri aduocato; cui videlicet Vualdoni idem Salomon eundem prius locum profecturus in hostem, si de acie non remearet, concesserat. Reservauit tamen sibi praefatus Salomon ad dies vitae abbatiam supradictam et curtem ipsam Pussannuanch (Busslingen im Thurgau) praedialiter possidendam, idemque porro ius post mortem suam valiturum concessit Vuuldoni praedicto, sororis suae filio, certis conditionibus adiectis. „Ego Notker infans et S. Galli famulus ad vicem Vualtrammi bibliothecarii scripsi. Notaui diem V. Kal. Jan. XIV. annum Illudouuici regis, comitem Adelbertum." Dat. S. Galli.

Abgedr. Neugart N. 673, aus dem Cod. Tr. S. G. Cod. Dipl. von Graubünden N. 37. Das Original im St. Gallischen Stiftsarchiv.

13 — 912 März 14.

Chuonradus rex Salomoni Constantien. episcopo et abbati monasterii S. Galli eiusdem coenobii libertates confirmat ac sub regiae immunitatis defensione suscipit ea, quae dictus abbas ex donatione Karoli uidelicet et Arnolfi imperatorum etiam et Hludouuici regis pro eius frequenti famulatu et palatina seruitute promeruit, nec non ab aliis hominibus cum suo labore adquisiuit et ad praedictum monasterium rite contradidit. Inter haec numerantur „ad primo in retia „curiensi abbatiola fauariensis monasterii iuxta placitationem traditionis eiusdem prout facta est," cum omnibus ad eandem abbatiolam intrinsecus et extrinsecus iusta terminatione pertinentibus. — Salomon cancellarius ad uicem Piligrimi archicapellani recognouit. Dat. Argentina ciuitate. III. Idus Mart. a. incarnationis dominice DCCCCXII. Indict. XV. anno regni I.

Abgedruckt Neugart, N. 682, aus der St. Gall. Drucksammlung. Böhmer Regesten N. 1235. Die zwei, von dieser Urkunde im St. Gallischen Stiftsarchiv vorhandenen Exemplare sind, was auch ihr Format zu erkennen giebt, blosse Copien, deren eine jedoch als gleichzeitig anzusehen und mit einem Monogramm versehen ist.

14 — 920 März 8.

Placitum de abbatia Fauariensi, de qua inter Vualdonem Curien. ecclesie episcopum et Sancti Galli monachos lis exorta fuit, negantibus his, quorum causam Cozaldus cum aliis monachis per septem, cum aduocato suo Domnico, in iudicio publico agebant, iuris quidpiam illi in bona Fauariensia competere, quod episcopi dignitate auctus esset. E contra Vualdo episcopus astantibus monachis de Fauairis, cum auocato suo Vrsicino, Sangallenses accusauit violatae paccionis a Salomone quondam S. Galli abbate et a se ipso de abbatia supradicta et de curte Pussunnuanch cum eisdem initae. „Et hec ipsa paccio — inquit — et tua (sc. Cozaldi) forcia venit ante regem Chunradum loco „*Honfridinga*. Et iudicatum fuit ab omni populo, qui tunc aderat, to malo ordine iuinstam tradicionem facere. Et „ob hanc causam dedit senior meus hoc praeceptum de Fauarias, quod in manu teneo." Hoc perlecto, „mandauit dux „Burchardus, ut secundum legem Romanam iudicarent, qui de hac causa facere debuissent. Judicauerunt omnes Romani „et Alamanni, si Cozoldus cum auocuto suo, cum legitimis testibus de Curuvuala non potuissent episcopum et auocatum „suum de hac re vincere, postea querelam, nec rationem habere. Et tunc Cozoldus monachus, et alii monachi cum „auocato suo concredidit se, et si dux non precasset, dublam terram et similem Domnicus auocatus vvacasset. Indices „(Hic singulorum iudicum nomina leguntur). — Ego Vrsicinus presbyter rogitus hab (sic) Erchauberto cancellario „scripsi et subscripsi. Notaui diem et annum, die octaua Id Mar. a. incarn. domini nongetesimo XX. anno I. regis „Heinrici. Judicatum est etiam ab omnibus, vt si quis deinceps de hac re querelam, aut mallationem faceret, sciret „se esse calumniatorem. Hec noticia publice scripta et coram omni populo lecta." Act. Vinnonna in mallo publico.

Abgedr. Neugart, N. 705. aus dem Cod. Fr. S. Galli. Cod. Dipl. von Graubünden N. 40. Die wörtlichen Exzerpte des Regestes sind dem Original im St. Gallischen Stiftsarchiv entnommen.

15 — 949 Febr. 9.

Diploma *Ottonis* I. regis in gratiam monasterii Fabariensis, „quod constructum est in honore S. Marie dei genitricis in pago Retia nocato in Comitatu Odalrici comitis." Ejusdem monasterii fratres Ottonem regem adierant deprecando, quatenus antecessorum suorum *Karoli* videlicet et *Ludouuici* precepta ac privilegia, quae in manibus portabant, auctoritatis sue munimine renouaret, liberamque electionem illis concederet. Unde rex, ob amorem dom. nostri J. Ch. sueque mercedis augmentum, cum consultu principum ac aliorum regiminis sui fidelium, virum uenerabilem, quem monachi inter eos elegerunt, Erenbreht nomine, abbatem constituit, ea firmitate, ut amodo ac deinceps omni tempore

eligant in abbatem quemcunque uoluerint; item ut nullus super dictos monachos exerceat potestatem, nec a rebus monasterii quippiam alicui in beneficium dare presumat, sed sub regia defensione et emunitatis tuitione res illorum perpetualiter permaneant. Dat. Vuormatia. V. Idus Feb. Anno 949. Indict. VII. anno regni XV. — Vom Sigel ist nur noch ein kleiner Rest übrig geblieben.

Abgedr. Eichhorn, N. 17 (wo irrig das 13te Reg.-Jahr angegeben ist). Cod. Dipl. von Graubünden Extr. N. 47. Böhmer, Regesten von Conr. I. bis Heinr. VII, N. 162.

16 — 958 Nov. 26.

Otto I. rex pro remedio animae suae et absolutione antecessorum suorum Ludowici, Conradi et Heinrici genitoris sui, quemadmodum ipsius reginae Adelheidis ac Odalrici Augustensis et Hartberti Curien. episcoporum interventu consentit ac decernit, „ut abbatia seu monasterium ad Favarias dicta in pago Rhetiae, iusto iudicio olim ad ius regium „diiudicata, cum omnibus pertinentiis suis et iuribus, sit in proprietate et potestate nobilis et eximii viri Enzlini, ac „suorum fratrum seu monachorum in eodem loco commorantium." Insuper Fabaria recipitur in tutelam regiam, item monachis libera facultas deinceps eligendi ex gremio abbatem conceditur. Dat. Polithene. VI. Kal. Decemb. Indict. XV. anno 958.

Abgedruckt Eichhorn, N. 21. Cod. Dipl. von Graubünden Extr. N. 54, Böhmer Reg., N. 222. Original fehlt, die Aechtheit der Urkunde ungewiss.

17 — 962 Dec. 9.

Otto I. imperator precibus Majorini abbatis, qui ipsum adierat, monasterium Fabariense, in honore S. Mariae in pago Rhaetiae constructum, propter quorundam hominum peruersorum tergiuersationes sub suo mundiburdio et tuitione suscipit, confirmans eidem diplomata antecessorum. Dat. Ticini. V. Idus Decemb. anno incarn. dominicae 962. Indict. V. anno regni XXVII, imperii autem I.

Abgedr. Eichhorn, N. 24, im Auszug. Böhmer Reg., N. 265. Original fehlt.

18 — 972 Juli 11.

Otto I. imperator ob amorem Christi, futuraeque mercedis augmentum, Maiorino abbati et fratribus sibi commissis ad ipsum accedentibus, priuilegia monasterii Fabarien. „quod constructum est in honore S. dei genitricis Mariae in pago et in comitatu Retia nuncupatis", tenore diplomatum de a. 949 et 962 confirmat, itemque monachis liberam electionem condecit; „quatenus eos pro nostra coniuge dilectoque equiuoco et coimperatore nostro libentius deum exorare delectet." Dat. Brixiae. V. Id. Jvl. anno incarn. dominice 972. Indict. XIII, anno regni XXXIIII, imperii autem XI. Sigel gut erhalten, mit der Umschrift: „Otto Imp. Avg."

Fehlt bei Böhmer und ist nirgends gedruckt, wohl aber die gleichlautende Urkunde N. 19.

19 — 972 Juli. 11.

Praeceptum *Ottonis* II. abbati Maiorino datum. Diploma hoc quibusdam accidentalibus exceptis per omnia convenit cum praecedenti. Dat. Brixiae. V. Id. Jvl. anno incarn. dom. 972. Indict. XIII, anno regni XI, imperii autem IIII. Vom Sigel ist der Rand mit der Umschrift fast ganz weggefallen, das Uebrige noch vorhanden.

Abgedr. Zapf, monum. Anecdota, p. 67. Böhmer Reg., N. 420.

20 — 974 Oct. 13.

Otto II. imperator Fabariensibus, qui monstratis antecessorum praeceptis praesulem sibi dare supplicarunt, Alaunicum Augiensem monachum, „quem idoneum et a nostris fidelibus probatum, uitam b. Benedicti monachos instruendum elegimus", abbatem praeficit, adiecta tamen conditione, ut fratres post eius obitum, vi priuilegiorum suorum, liberam electionem habeant. Confirmantur etiam iura Fabariensia tenore diplomatum antecessorum. Dat. Dorenburch. III. Id. Octob. anno incarn. dom. 974. Indict. II. anno regni XIII, imperii vero VI. Das Sigel ganz weggefallen.

Abgedr. Eichhorn, N. 25; Böhmer Reg., N. 481.

21 — 992 März 15.

Otto III. rex plurium praesulum interventu confirmat privilegia monasterii Fabariensis „in pago et in comitatu Rhetiae Churowalhen", sub abbate Hleupoldo. Dat. Hildesheim. Idibus Mart. anno 992. Indict. V. regni a. VIIII. Das Original fehlt.

Eichhorn, N. 27. Cod. Dipl. von Graubünden Extr. N. 70. Bei Böhmer nicht regestirt. Eichhorn hält das Monats-Datum für irrig.

22 — 998

Bulla Gregorii V. papae, Fabariensibus sub Hliudboldo abbate data. — Monasterium suscipitur in tutelam apostolicam; eidem confirmantur omnia sua bona, quae et speciatim exprimuntur. In propriis terris Fabaria eximitur a novalium decimis. Conceditur licentia divina celebrandi tempore interdicti. Confirmantur iura consecrandi altaria et basilicas, item ordinandi et confirmandi. Monasterium eximitur ab indebitis exactionibus, conceditur libera sepultura; prohibetur omnis monasterii bonorum alienatio. Indulgetur libera electio, pariter datur ius asyli. Contrafacientes maledicuntur, et e contra iusta facientes benedicuntur. „Data in praesentia archiepiscoporum Villigisi Moguntinen., Heriberti Colonien., Ludolphi Trevirensis. — Et ego Bonifacius monachus S. Alexii subscripsi. Hermannus dux Alemaniae, Heinr. dux Boioariae, Otto Sueviae et Bavariae dux. A. 998."

Original nicht vorhanden. Abgedr. Eichhorn, N. 29, aber ohne den *Schluss*, was klug gethan war, denn die obstehende, dem Transsumpt entnommene Schlussformel ist so beschaffen, dass sie die ganze Urkunde verdaechtig machen müsste, wenn man selbe nicht für ein unächtes Anhängsel erklären will. Das Hinzufügen *weltlicher* Zeugen an eine päbstliche Bulle, während dagegen der *Ort* der Ausstellung und die Jahre der Pabstwürde nicht angegeben sind, ist ganz ungewöhnlich. Cod. Dipl. von Graubünden N. 73, im Auszug.

23 — 1019 Mai 27.

Heinricus II. imperator in consilio principum, et Kunegundis Augustae interventu, abbatiam monasterii Fabariensis in comitatu Corwalchen, „cui praestantissimus vir Hartemann, tanquam singulare et insigne Romani imperii membrum praesidet", in tuitionem regiam suscipit atque iura Fabariensia pro more confirmat. Dat. Babenberg. VI. Kal. Jun. Indict. II. anno D. incarn. 1019, regni XVIII, imperii V.

Original nicht vorhanden. Abgedr. Eichhorn, N. 30. Cod. Dipl. von Graubünden Extr. N. 77. Fehlt bei Böhmer vermuthlich desswegen, weil schon Eichhorn in den Namen der beigefügten Zeugen so auffallende Irrthümer aufgedeckt hat, dass man, um die Urkunde selbst zu retten, das Zeugen-Verzeichniss für einen unächten Zusatz ansehen muss.

24 — 1028 Aug. 27.

Conradus II. intercessione Gislae coniugis et coimperatoris Heinrici filii sui monasterium S. Mariae, in pago Retia, in usu iurium hactenus acquisitorum stabilit et ab omni extranea subiectione liberam pronuntiat, ita ut deinceps iugo alicuius terrenae potestatis subdi omnino non possit; advocatia vero non tradatur, in beneficium et ius proprium sed ad securioris et gratae defensionis suffragium. Monachis insuper constituendi et deponendi advocati libertas conceditur. Si quis vero contra hoc facere praesumpserit, centum libras auri, medietatem camerae imperiali, et medietatem parti laesae componat. Dat. Ulmae. VI. Kal. Septemb. a. D. 1028. regni IIII. imperii autem II. Indict. XI.

Original fehlt. Abgedr. Eichhorn, N. 31; bei Böhmer nicht aufgenommen. Unter den Zeugen dieser Urkunde erscheint Hartwicus Salisburgen. episcopus, der schon 1023 gestorben war, nebst zwei Herzogen, die 1027 verwiesen wurden. Eichhorn nimmt daher zu der Muthmassung seine Zuflucht, der Gegenstand dieser Urk. sei schon unter der vorhergehenden Regierung unterhandelt, das Diplom aber erst damals ausgefertigt worden. Auffallend erscheint auch für Conrads Sohn Heinrich, der erst *rex* war, die Benennung *coimperator*.

25 — 1032 Jan. 30.

Chuonradus II. Romanor. imperator ad preces Salamonis abbatis monasterii Fabarien., quod in pago Retia Curiensi in comitatv Marquuardi situm est, monachos et res ad dictum monasterium pertinentes in mundiburdium et tuitionem imperii suscipiens, eidem monasterio antecessorum suorum Karoli, Ludouuici, trium Ottonum, nec non b. m. Heinrici imperatoris praecepta et priuilegia imperialis auctoritatis munimine renouando pro more confirmat, liberamque electionem Fabariensibus concedit; „ob amorem xpi et ob interventvm dilectae coniugis nostrae Gislae imperatricis augustae et „amantissime nostrae prolis Heinrici regis." Dat. Strasburch. III. Kal. Feb. Indict. XV. anno dominice incarn. Mill. XXXII, regni VIII, imperii V.

Das Sigel ganz verschwunden. Hergott Geneal. Habsb. II., N. 171. Cod. Dipl. von Graubunden, N. 82, im Auszug. Böhmer Reg., N. 1379.

26 — 1040 Juni 22.

Heinricus III. rex iura monasterii Fabarien., quod situm est in pago Rhetia curiensi, in comitatu Eberhardi, more antecessorum confirmat, eo quoque tenore „ut abbatia illius monasterii sit libera et ab omni extranea et iniqua potes- „tate secura, nec alicui successorum nostrorum regum uel imperatorum liceat, eam uel res suas alteri monasterio aut „persone inbeneficiare, aut in proprietatem donare." Regale hoc preceptum Salemoni abbati concessum est, „pro „aeterna memoria patris (Chuonradi imperatoris) coniugisque nostre Chunigundis, simulque ob interuentum domine „matris nostre Gislae imperatricis." Dat. Strazburhc.

Das Sigel ist eine bleierne Bulle; die Umschrift auf dem Avers lautet: „✝ Xpe protege Heinricvm regem", auf dem Revers: „Roma capvt mvndi regit orbis frena rotvndi."

Hergott Genealog. Habsb. II., N. 174. Cod Dipl. von Graubünden Extr. N. 69. Böhmer Reg., N. 1478.

27 — 1050 Juli 12.

Diploma *Henrici* III. regis in gratiam monasterii Fabariensis sub Birchtilone abbate prolatum, quo cavetur, ne ius foresti Thietmaro Curien. episcopo in comitatu Ottonis contraditum Fabariae ulla ratione praeiudicium aut detrimentum inferat; firmantur e contra iura et emunitates dicto monasterio a regibus et imperatoribus concessae, specialiter autem abbati praedicto eiusque successoribus sub perpetua tuitione contraditur locus ipse *Pheuers*, cuius territorium cum suis limitibus describitur; „cum omni utilitate rerum, i. e. cum mineralibus, liquoribus, auri argentique rivis, alpibus, sylvis, „vallibus, planitiebus, pratis, pascuis, forestis, quaesitis et inquirendis." — Schlussformel nach dem Pfaverser Transsumpt: „Signum Domni Heinrici III. regis invictissimi. Data Nattae IV. Idus Julii a. 1050. Regno Heinrici IV. Indict. III. (Hergott hat Ind. XIII); in praesentia Heinrici *coimperatoris* et Agnetis coniugis nostrae dilectissimae, Thietmari episcopi et Birichtilonis abbatis, Ottonis et Rudolfi Comitum, itemque Eginonis, Humberti, Adalberonis comprouincialium ac denique Werneri aduocati in Dom. feliciter Amen."

Original fehlt. Abgedr. Herrgott Geneal. II., N. 182; Bohmer Reg., N. 1605. *Scheuchzer* lässt uber dieses Diplom eine scharfe Kritik ergehen und gelangt, besonders mit Rücksicht auf die Abnormitaten und Irregularitaten der Schlussformel, zu dem „vnwidertreiblichen Schluss, es seie das diploma de a. 1050 *ein ganz erdichtetes Wesen.*" Der gelehrte *J. U. v. Salis-Seewis*, dessen *„historisch-diplomatische Bemerkungen uber einige Urkunden des Klosters Pfävers"* uns handschriftlich vorliegen, stimmt den, von Scheuchzer gemachten Ausstellungen meistentheils bei und bemerkt u. a. mit Recht: „So *viele* Verstösse gegen die Formen wurde sich *derselbe* Canzellist gewiss nicht haben zu Schulden „kommen lassen, der sie am selbigen Tag und Ort in zwei andern Dokumenten zu vermeiden wusste. — — Das „Zeugen-Verzeichniss erst *nach* dem Datum mussen wir für ein Anhangsel halten, dergleichen die Abschriften des „Pfaverser Archivs mehrere aufweisen, denn jener *Henricus coimperator*, in dessen praesentia die Urk. soll gegeben „worden sein, war noch nicht *geboren*, auf jeden Fall war er noch nicht einmal konig, vielweniger imperator. „Diplomatisch genommen gehort also diese Urk. wirklich unter die *verdächtigen*, in *historischer* Hinsicht aber ist es

„gar nicht unwahrscheinlich, dass das Kloster damals eine Urkunde erhielt, deren Urschrift verloren ging.“ *Aegid Tschudi*, welcher im I. Theil der Schweizerchron. die frühern und spätern, im Original vorliegenden kaiser-Urkunden von Pfävers seit d. J. 1000, darunter auch K. Heinr. III. Urk. von 1040 (vid. N. 26), auszugsweise anführt, gedenkt des fraglichen Diploms von 1050 mit keinem Worte, während er dagegen eine andere, vom nämlichen Tag und Ort datirte ächte Urkunde des gleichen Kaisers aus dem bischöfl. Archiv zu Chur per Extr. mittheilt. In dem unter Abt *Joh. Haider* i. J. 1590 mit kalligraphischem Luxus veranstalteten Vidimus der wichtigsten Pfäverser-Urkunden fehlt das Diplom von 1050 ebenfalls, obschon dasselbe seinem Inhalte nach allermeist in jene vidimirte Sammlung gehört hätte; ein sicherer Beweis, dass das Original schon damals nicht vorhanden war und folglich nicht erst, wie später vorgegeben ward, in der grossen Brunst von 1665 zu Grunde gegangen ist. Dass Hergott diese Urkunde bona fide aufgenommen, beweiset nichts für deren Aechtheit, denn Hergott und Neugart waren fleissige Sammler, aber für diplomatische Kritik haben sie wenig geleistet. Befremdlicher ist es, dass *Ild.* von *Arx*, *Gesch. d. Kant. St. Gallen* I. 219, nicht allein den Inhalt dieser Pfäverser-Urkunde von 1050 theilweise unrichtig angiebt, sondern dabei über die Frage ihrer Aechtheit ganz mit Stillschweigen hinweggeht, da ihm doch Scheuchzers diplomatisches Responsum wohl bekannt war. Vermuthlich wollte er dem befreundeten Kloster Pfävers, das ihm die Benuzung seines Archivs mit aller Loyalität gestattet hatte, nicht durch eine missbeliebige Urkunden-kritik zu nahe treten.

28	1067	*Heinricus* IV rex precibus Immonis abbatis confirmat iura monasterii Fabariensis, quod in pago Retia Curiensi in comitatu Eberhardi situm est, tenore diplomatis patris sui Heinrici III. de anno 1040, idque pro aeterna memoria ipsius patris et Berhthe coniugis suae. — Dat. Bronchsal anno dominicae incarn. mill. LXVII Indict. V. anno autem urdinationis XV. (Eichhorn setzt irrig XIII), regni vero XI. Das Sigel bedeutend verletzt und die Umschrift unlesbar. Eichhorn N. 35. Cod Dipl. von Graubunden Extr. N. 96. Bohmer Reg:, N. 1817.
29	1095 im März	*Heinricus IV.* Romanor. imperator propter deum et animae suae salutem ecclesiae Basiliensi S. Mariae, humili rogatu Burchardi eiusdem sedis episcopi, Fabariensem abbatiam, sitam in Curvalia comitatus Odalrici de Braganica, iure perhempni ex integro concedit. Violatores huius praecepti mille libras auri boni, medietatem camerae regiae, et medietatem ecclesiae Basiliensi, pro poena componant. Dat. Patavii a. D. 1095. mense Martio, Indict. V. regni XXXIX., imperii IX. Original fehlt. Herrgott Geneal. II., N. 191. Cod. Dipl. von Graubünden Extr. N. 103. Böhmer Reg., N. 1951.
30	1099	Geroldi ex Hirsaugia abbatis Fabariensis statuta circa victum et vestitum fratrum suorum.. Eichhorn, N. 36.
31	1110 Mai 27.	*Heinricus V.* rex, rogatus a Geroldo abbate, privilegia monasterii Fabariensis, quod constructum est in pago Retia Curiensi in comitatu Rudolfi, confirmat; pro eterna memoria patris (Heinr. IV.) coniugisque Mathilde. Concordat in omnibus cum diplomate a. 1067. Dat. Spire VI. Kal. Jun. Indict. IIII. a. D. millmo C. X. regni IIII., ordinationis X. Vom Sigel ist noch ein Stück vorhanden. Hergott Geneal. II., N. 192. Eichhorn N. 38. Cod. Dipl. von Graubünden Extr. N. 106. Böhmer Reg., N. 1994.
32	1114	*Heinricus V.* petente Rodulfo Basiliensi episcopo, interventu etiam aliorum quorundam episcoporum, ducum atque comitum, unionem abbatiae Fabariensis cum ecclesia Basiliensi tenore diplomatis patris sui Heinr. (IV.) imperatoris (a. 1095) authoritate sua imperiali confirmat, itemque Fabariae pro castro Rapolstein (im Elsass), a praefato Basiliensi episcopo sibi (II. imperatori) concesso, cum alio allodio per modum concambii providet. Contrafacientes mille libras auri, medietatem camerae regiae, et medietatem ecclesiae Basiliensi supredictae, componant. Dat. Basileae a. D. 1114. Original fehlt. Herrgott Geneal. N. 194. Cod. Dipl. von Graubünden Extr. N. 109. Böhmer Reg., 2035.
33	1114	Litterae *Paschalis II.* papae ad Rudolphum episcopum Basiliensem pro Fabaria datae, quae sic loquuntur: „Praeci-„pimus tibi, ut locum illum cum rebus suis omnino dimittas ab occupatione tua liberum et quietum, alioqnin nos te „ut ab ecclesia alienum habebimus, donec ecclesiae praeceptis obedias et ab illa penitus invasione et occupatione „secedas.“ (Lib. aureus von Pfävers, p. 33 b.)
34	1114	Aliae litterae Pachalis II. papae ad episcopum Basiliensem, his verbis expressae: „— — Quia pro querela fratrum „Fabariensium nuper tibi litteras misimus, ut ab eorum infestatione desisteres, quas te nullatenus accepisse mirati sumus. „Nos igitur pro sedis apost. sedis mansuetudine contemptus nostri patientiam agentes, secundas ad te litteras mitti-„mus rogantes ac praecipientes, ut ab illorum fratrum oppressione omnino desistas et Fabariense coenobium cum locis „suis ac possessionibus quietum dimittas. Si nero aliquam confidis te habere iustitiam, ante medium proxime XL mae „uidelicet XII. Kal. Aprilis anno ab incarn. D. 1195 nostre te audientie presentato; interim monasterio bona, quae „abstulisti, restituens.“ Lib. aureus, p. 33 b. Abgedruckt bei Eichhorn, pag. 277.
35	1115	Arbitrium in causa Fabariensi coram sedis apostolicae tribunali prolatum, quod summus pontifex bullae insertum et a se signatum praesentibus episcopi legatis Basileam ferendum tradidit, forma subsequenti: „Paschalis — — quia

		„regum et imperatorum preceptis statutum est ut abbatia illius monasterii Fabariensis libera sit, nec alicui regum „uel imperatorum liceat eam vel res eius alienare; quamobrem nostro et fratrum nostrorum iudicio diffinitum est, ut „abbatia in sua permaneat libertate, quare quae per te illi ablata sunt, restituenda praecipimus." Lib. aur. p. 35 b. Eichhorn, p. 277.
36	1116 Jan. 29.	*Bulla Paschalis II.* papae data Geroldo abbati monasterii Fabariensis, qua definitio, „que super controuersia „inter te et Basiliensem episcopum Rodulfum habita in tua et legatorum eius presentia, qui ab eo ad causam ipsam „agendam missi fuerant, fratrum nostrorum episcoporum et cardinalium iudicio facta est, videlicet, ut abbatia uestra „in sua semper libertate permaneat," auctoritate apostolica roboratur, ipsumque monasterium, utpote quod non a regibus vel imperatoribus, sed ab aliis fidelibus viris fundatum, nec donorum regalium magnificentia, sed aliorum fidelium oblatione ditatum fuerit, ab omni extranea potestate liberum et immune declaratur, nec alicui regum uel imperatorum liceat eandem abbatiam, uel res eius alteri monasterio aut persone inbeneficiare, aut in proprietatem donare. Confirmantur etiam omnia eiusdem monasterii bona, quorum quedam speciatim exprimuntur, itemque fratribus libera electio indulgetur. Dat. Laterani IIII. Kal. Feb. Indict. VIIII. anno dominice incarn. Mill. CXVI., pontificatus a. XVII. Dieses ist die früheste, noch im Original vorfindliche *päbstliche* Urk. des Pfäferser Archivs. Eichhorn, N. 40. Cod. Dipl. von Graubünden Extr. N. 110.
37	1120	„Anno ab incarnato domino 1120 Ego Swieardus de Aspermonte, nobilis, visitans cum bono animo venerabile monasterium Fabariense, mecum prudenter cogitabam, quomodo de bonis meis terrenis, quibus ex larga dei beneuolentia abundo, beatissimos viros praefati monasterii placarem, ut ipsos apud districtum iudicem promptos intercessores habere possem. Cumque hac deliberatione animum in bonorum affectuum desiderio et vitam in bono proposito circum flecterem, misit deus in mentem meam, ut dimiti vena facultatum mearum praefati monasterii fratres oblatis 100 auri marcis patrimonii mei ditarem. Hoc meum votum audiens praestantissimus Heinricus imperator, huius executionem mandauit et approbauit. Et ut haec charta sic confirmata nunquam irrita fiat propria manu eam sigillaui et in praesentia multorum nobilium abbati et fratribus supplicaui, ut mei et peccatorum meorum semper memores essent. Actum in monasterio (Fabariensi), in nomine Dom. feliciter amen. Swieardus de Asperomonte, militiae dux." Transsumpt, p. 133. Die Aechtheit dieser, sonst nirgends vorkommenden Urkunde bleibt um so mehr dahingestellt, als das an deren Spitze befindliche Datum sehr augenscheinliche Correkturen erlitten hat.
38	1125 Dec. 28.	*Lotarius III.* pro eterna remuneratione monasterio Fabariensi, quod situm est in pago Retia curiensi in comitatu Rudolfi, antecessorum suorum priuilegia confirmat; sub Wernero abbate. Dat. Argentine, V. Kal. Jan. anno incarn. D. 1125. Indict. III. Vom Sigel ist nichts mehr sichtbar. Eichhorn N. 41, im Auszug. Cod. Dipl. von Graubünden Extr. N. 114. Böhmer Reg., N. 2096. Der, mit frühern Kaiserurkunden fast wörtlich gleichlautende Inhalt dieses Diploms kann gegen die Aechtheit desselben keinen Verdacht erwecken; dessen ungeachtet erklärte *Scheuchzer* vorstehende Urkunde nach ihrer *äusserlichen* Beschaffenheit als ein durchaus *unterschobenes Machwerk.* Die von ihm angeführten Kriterien der Unächtheit erscheinen uns indess weder hinlänglich entscheidend, noch überhaupt in allem begründet; den meisten Verdacht bieten allerdings die unsichern Züge und sonstige Konstruktion des *Monogramms.*
39	1127 Jan. 23.	*Honorius II.* papa ad instantiam Wierammi abbatis monasterium b. Mar. Fabariense, quod in Curiensi episcopatu situm est, in tutelam apostolicam suscipiens, sententiam Paschalis II. in gratiam Fabariae contra episcopum Basiliensem prolatam (N. 35 et 36) eidem hac bulla confirmat, simul statuendo, ut nullus aduocatus audeat exactionem aliquam in monasterium exercere; item ut neque Wierammus, nec eius successores predia et possessiones monasterii vendendi, alienandi uel inbeneficiandi potestatem habeant. Electio sit libera secundum S. Benedicti regulam; nec alicui regum uel imperatorum liceat dictum monasterium temere perturbare, seu eius possessiones auferre uel ablatas retinere, sed integre conseruentur in usum eorum, pro quorum sustentatione condonata sunt; salua diocesani episcopi reuerentia. Dat. Laterani, X. Kal. Feb. Indict. IIII. Incarn. dominice anno 1127, pontificatus a. III. Eichhorn N. 43; im Auszug.
40	1131	„Tam sit notum presenti etati, quam consequuture posteritati, quod ego Heinricus videlicet istius monasterii frater anno M. C. XXX. I. monachus sum ordinatus ab abbate Wierammo." Liber Viventium v. Pfävers, p. 141.
41	1139 April 30.	Bulla *Innocentii* II. pro monasterio Fabariensi. Prorsus similis est bullae Honorii II. in tenore et verbis. — Dat. Laterani, III. Kal. Maii. Ind. II. Pontif. anno X. — In dieser Weise finden wir die Urk. in *Suiter's* Pfäverser Annalen erwähnt, allein weder das Original, noch eine Copie derselben ist uns zu Gesicht gekommen.
42	1139 Mai 28.	*Cuonradus II.* (III.) rex pro eterna memoria patris coniugisque Gertrudis innouat Wierammo abbati monasterii Fabariensis, quod est situm in pago Retia Curiensi in comitatu Rudolfi, precepta et priuilegia ab antecessoribus suis data, statuens idcirco, ut nullus publicus iudex, dux, comes, uel uicecomes, aduocatus aut subaduocatus, siue episcopus siue quelibet alia persona super monachos ac res illorum aliquam exerceat potestatem intus uel foris. Contrauenientes pro poena XXX. libras auri purissimi componant. Huic confirmationis precepto testes interfuerunt Albero Treuirensis

archiepiscopus et apostolice sedis legatus, episcopi: Ortliebus Basileensis, Imbricho Wirceburgensis, Bucco Wormatiensis, Warnerus Monasteriensis, Albero Leodicensis; duces: Fridericus, Counradus, Matheus. Herimannus marchio de Batha. Dat. Argentine, anno dom. incarn. 1139. Indict. II. a. regni II. V. Kal. Jun. Sigel gänzlich verschwunden.

Eichhorn N. 44. Cod. Dipl. von Graubünden Extr. N. 121. Böhmer Reg., N. 2189. Conf. Regesten von Einsiedeln N. 41.

43 | 1155

Thesaurus Fabariensis ecclesiae, vestibus magnoque librorum numero pretiosus, inventus est sub abbate Henrico anno 1155, cuius annotationem vide in libro Viventium, p. 3.

Von Arx Gesch. d. K. St. Gallen I,294, mit namentlicher Angabe des Bücherschazes.

44 | 1158 Febr. 7.

Fridericus I. imperator Heinrico abbati monast. Fabariensis, quod in pago Retia in comitatu Hugonis situm est, omnia predecessorum suorum privilegia, pro eterna memoria patris coniugisque sue Beatricis, solito more confirmat, statuens insuper, ut huius precepti uiolatores XXX. libris auri puri puniantur. Dat. Ulme VII. Idus. Feb. Indict. V. anno dominice incarn. 1158, regni VI, imperii vero III. Das Sigel, von welchem nichts mehr sichtbar ist, wird in einem, i. J. 1498 über diese Urk. ausgestellten Vidimus also beschrieben: „Sigillum de cera confectum et in fine scripture „appressum, in cuius quidem sigilli circumferentiis illa verba consignata seu insculpta apparebant: *Fridericus dei „gracia Romanorum Imperator augustus;* in interiori vero parte apparebat Ymago imperatoris in cathedra sedentis „ac ceptrum in dextra et in sinistra vero manibus polum habentis cruce supra apposito insculpta."

Hergott Geneal. N. 233; Böhmer Reg. N. 2389.

45 | 1161

Praeceptum *Friderici I.*, quo lis inveterata inter monasterium Fabariense, quod in pago Rhetiae, in comitatu Henrici et Ottonis, situm est, et eius advocatos finali iudicio decernitur. — Ruodolphus videlicet Fabarien. abbas Fridericum imperatorem, eum ab eodem publicum iudicium Erfordiae habebatur, adierat significans, quantas molestias advocati facesserent. Fridericus audita utraque parte sententiam pro Fabariensibus tulit publicis tabulis consignari iussam, in qua praeprimis territorii Fabariensis limites et ambitus stabiliuntur. Quicquid limitibus istis interiacet, abbatis Fabariensis iurisdictioni plane subiicitur, cum omni dominio et cunctis utilitatibus, quae dici possunt, cum consulatu et iudicio, ita, ut, abbas in omni re tanquam verus dominus agnosci debeat. Statuitur deinde, ut advocatia monasterii perpetuis temporibus penes imperium resideat, nec ab ullo imperatore vel rege oppignorari vel alienari possit. Quare *Henrico* (de Zwingenburg) subadvocato graviter inhibetur, ne ratione advocatiae abbatem aut monasterium in usu iurium impedire vel perturbare praesumat. Denique omnia Fabariae privilegia renovantur. Dat. Erfordiae a. 1161. Indict. VIII. Nomina testium. Original fehlt.

Hergott Geneal. N. 236. Bei Böhmer nicht aufgenommen. Scheuchzer erklärt diese Urkunde, namentlich mit Rücksicht auf die Beschaffenheit der Schlussformel und den Ort der Ausstellung, geradezu für unächt, da wirklich K. *Friedrich I.*, der diese Urkunde 1161 zu *Erfurt* ausgestellt haben soll, im Laufe des J. 1161 in Deutschland gar nicht anwesend war, sondern in Italien sich aufhielt. Salis-Sewis bemerkt ebenfalls: „Die Gründe, welche Scheuchzer „gegen diese Urkunde beibringt, besonders das Datum Erfordiae betreffend, scheinen mir die Unächtheit hinlänglich „zu beweisen. Das *Faktum* könnte in einem andern Jahr erfolgt sein, aber das ächte verlorne Dokument wurde durch „ein untergeschobenes ersezt. Demungeachtet hat Hergott die Urkunde abdrucken lassen und Eichhorn benuzt sie; „ein Beweis, dass gute Historiker oft die diplomatische Prüfung versaumen und dass nicht alle Urkunden deswegen „für ächt zu halten sind, weil sie bei ihnen angeführt werden." Bei *Tschudi* und in Abt *Joh. Haiders* Vidimus kommt die fragliche Urkunde, gleich dem eben so verdächtigen Diplom K. Heinrichs III. von 1050 (vid. N. 27), *nicht* vor, was sicher beweist, dass damals kein Original derselben vorlag. Die als ächt anerkannte Urkunde Friedr. I. v. J. 1158 zu Gunsten Pfävers (vid. N. 44) wird hingegen von Tschudi angeführt.

46 | 1161

„Notvm sit tam presenti aetati, quam secvture posteritati, quod Heinricus una cum germanis suis, uidelicet Hermanno et Burchardo et Machtil et Walthero filio suo, omnem seruitutem, quam in filiis Fridericii cognomento Scafardi dicti et uxoris eius Judinthe, scilicet Marquuardo atque Judinta et Machtilda, habuerunt, pro remedio animarum eorum et omnium parentum suorum manumiserunt et ad altare sancte Marie legitime donauerunt, talem legem eis constituentes, sicut Martinus et Albertus de Sacco retinuerunt. Quod factum est M. C. LX. I. anno, regnante Friderico imp. et Heinrico aduocato et Rvodolfo eiusdem loci abbate et Manegoldo Decano et Suigero preposito. Hec si quis maligno spiritu inflatus infringere temptauerit, a communione ecclesie et corpore et sanguine dom. nostri ihesv alienatum esse iudicamus. Signum testium: Hermannus uillicus cum filiis suis Chunone, presbitero, et Ovdalrico atque Walthero, Albertus cum nepote suo cognomento Scorando, Sigefridus atque Chunradus, Fridericus cum fratribus suis H. et H., Johannes cum filio suo Cbvn., Heiricus de Awa cum filiis suis H. H., Geroldus cum fratribus sius S. et M., Albertus, Martinus, Burchardus Joio (?) Rvodovlfus, Egilolfus, Chuno, Burchardus de Sacco, dominus Leo cum (filio) suo Leone, Albertus dictus Flodo cum filiis suis, Ruodolfus de Granairs cum filiis suis, Ovdalricus Uniuersus cum fratribus suis, Adelbero minister et Hugo de Turigo, de quo uinum pro precio septem solidorum est emptum, quod ab omnibus supradictis cum reliquis cibariis est exhaustum. Item notum facimus, quod idem Fridericus cum manibus dominae suae res, quas tunc possederat et extunc colligere potuisset, mulieri sue et natis suis coram predictis testibus contradidit."

Lib. Vivent. p. 139.

47 — 1177–1180 circ.

„Ego *Heinricus* humilis abbas huius coenobii pro remedio anime mee ea, que abbas Geroldus (1099 vid. N. 39) ordinauit, illibata permanere constitui et ferculum I. in dominica ad cenam et in V. feria item I. dari — anniuersarium meum studiose peragere et fratribus plenum seruitium dari constitui.“

Lib. Vivent. p. 137.

48 — 1181 circa Oct. 14.

„Insignis donatio facta monasterio Fabariensi a nobilibus fratribus Alberto et Ludowico Schorandis. — Notum sit omnibus Christi fidelibus, quod ego Albertus cum fratre meo Ludowico tempore Friderici I. imperatoris semper augusti anno 1181 die festo b. Burchardi ad monasterium Fabariense festiuales dies more solito uisitandi et orandi gratia uenerim et a dom. abbate ac venerab. coetu fratrum impetrauerim, ut pro recordatione bb. Adelberti, Eberhardi, Werneri, Hugonis et aliorum abbatum, memoria eorum annuatim festiue et honeste cum frequentia sacerdotum et totius populi celebretur. Huius rei gratia ego Albertus cum consensu fratris mei Ludowici, ut fratres Fabarienses eo libentius horum annuam recordationem habeant, (constitui, ut) singulis annis statim charitatem seu annuum censum de prediis meis in *Regas* accipere debeant. — Actum Fabariae ut supra. Testes sunt Conr. et Petrus de Spilberg, Heinr. de Pellicijs, miles, et alii plures.“

Transsumpt, p. 137.

49 — 1182 Aug. 15.

„Anno ab incarn. D. MCLXXXII regnante Friderico imperatore, tempore abbatis Swiceri, Albertus et Ludvvicus Sorandi (sic), nec non Hainricus filius Sifridi Camerarii, cunctis consentientibus heredibus, terciam partem Hainrici Coci, quam iure hereditario possederunt, pro salvte anime sve Sancte Marie in aram hvius cenobii nullo contradicente legitime contradidervnt. Infra pvblicam missam facta est hec tradicio, in assumptione ipsius virg. Marie, presentibus his testibus: Vualtero villico, Ludowico de Byrs, Chonone plebano, Volrico Marchalco, Alberto Coco, Christoforo, Hiltiboldo, Alberto Zacone, Wernero Coco, et aliis multis, quibus presens pagina non sufficit.“

Lib. Vivent. p. 173.

50 — 1188

Memorant antiqua *Fabariae* monumenta, Fridericum I. imperatorem hoc anno abbati *Swigero* diploma dedisse; nescitur autem, quid in Originali iam pridem deperdito contentum fuerit.

51 — 1193 circa.

„Notificamus tam presentibus quam futuris, qualiter dom. *Swikerus*, uenerabilis abbas, in feria II. ferculum fratribus dari constituit per circulum anni; fratres etiam communicato consilio de seruitio, quod abbas Heinricvs in anniuersario suo fratribus ordinauerat, porcionem in feria IIII. dari decreuerunt, et dominus Swikerus uenerabilis abbas hec confirmauit.“

Lib. Vivent. p. 137.

52 — 1196 Nov. 13.

Diploma *Heinrici VI.* in gratiam monasterii Fabariensis, quo Principibus, Ducibus aliisque imperii proceribus significatur. „quod Nos ex certa scientia et Principum stipati caterua venerab. et fideli Ruodperto *genere de Monte-„forti, principi nostro*, regalia feoda principatus adhibitis solemnitatibus solitis per sceptrum regium praesentialiter „investivimus et tradidimus.“ Mandatur deinde omnibus Fabariae subditis, ut abbati tanquam suo legitimo domino ac principi omnem obedientiam exhibeant. Dat. Wormatiae Idibus Novemb. a. 1196. Indict XIIII., anno imperii VI. Original fehlt.

Eichhorn N. 61; Bei Böhmer nicht aufgenommen. Auffallend erscheint bei dieser Urkunde der Eingang, so wie die Einmischung der Zeugen in die Unterschrift des Kanzlers, auch dass alles dieses erst nach dem Datum kommt. Mehr als verdächtig aber erscheint dieselbe mit Rücksicht auf den angeblichen Ort ihrer Ausstellung (Wormatiae), da *Heinrich VI.* im Novemb. 1196, laut Böhmer's Kaiser-Regesten, in *Italien* sich aufhielt.

53 — 1201

„Rudpertus abbas noster aedificat ecclesiam ad honorem S. Margarithae in monte Sanpans (jezt Margrethenberg), ne labinae nivis bona monasterii deuastent.“

Gerold Suiter's Pfäverser Annalen Mss., p. 279.

54 — 1206

„Anno Mill. CCVI. regnante *Philippo* rege sub aduocato nostro comite Diethalmo, tempore abbatis Conrandi, Conradus et Eberhardus fratres, filii domine Gepunt, pro remedio anime eorum, priore misse facta, tradiderunt sancte Marie Fabariensi ecclesie Tiliam et filias et filios sub tali iure conditionis, ut nec abbas, nec aduocatus ipsas et omnes heredes ex eis genitos ad aliquid beneficium debeant uel possint cogere, nec aligenare ecclesie, uel aliquam uim inferre, excepto hoc solo, ut quidquid eiusdem sexus masculini uel feminini singulis annis b. uirg. Marie VI. denarios Constantien. offerant in cera. Et sunt huius rei testes Cvono plebanus de Ragazs, Diethelmus decanus huius ecclesie, Waltherus de Engilberg, Hermannus de Mardorf (Marchdorf), Symon, Conradus magister etc.“

Lib. Vivent. p. 45.

55 — 1208

Otto IV. imperator Henrico nobili de Sax abbatiae Fabariensis advocatiam pro 300 marcis oppignoranit.

Ehkehardi jun. lib. de Casibus mon. S. Galli ap. Goldast. Ed. 1730 I, p. 81.

56 — 1209 Febr. 27.

— — „*Ego Olricus de Ragazses* dum apud Sanctam Mariam in Curewalde (in Graubünden) me conuerterem, decreui scribere, quomodo ego tradidi Sancte Marie Fabariensi tantum predii, quod annuatim debet persoluere in festo S. Agathe ad prebendas dominorum IIII or denar. mercedis et I. den. merced. in ..... et V. den. Mediolan. ad oblationem

in missa sancto Pancratio. Ipsi uero domini Fabarienses et plebanus S. Pancratii eodem die anniuersarium matris mee Gisele usque in diem iudicii tenentur celebrare. Hoc autem predium debet habere sub iure conditionis in beneficio Lucia et filii et filie eius et omnes heredes ex ea geniti, usque dum predictum censum possunt persoluere, quod nec abbas, nec uillicus, nec aliquis sibi presumat auferre. Tradidi etiam S. Marie Fabariensi Walpurgam et Giselam sorores et filios et filias eorum sub tali iure conditionis, ut nec abbas, nec uillicus, nec aduocatus ipsas et omnes heredes ex eis genitos ad aliquod seruitium uel super aliquod beneficium debeant uel possint cogere, uel aliquam uim inferre, excepto hoc solo, ut quotquot eiusdem sexus femine fuerint, singulis (annis) in festo S. Agathe VI. Constan. den. in cera S. Marie Fabar. offerant, et quotquot eiusdem sexus masculi fuerint, annuatim aduocato eorum VI. den. Constan. persoluant. Facta autem sunt hec *in villa Ragasses* sicut scripta sunt anno millmo CC. VIIIIno III. Kal. Marcii. regnante Ottone imperatore primo anno, sub venerab. abbate Chovnrado, in presentia multorum, in uilla Ragazzes. Et sunt huius rei testes Hermannus plebanus de Tuconia, Chovnradus plebanus de Geninnes. Heinr. presbiter de Ragazzes, Hermannus uillicus, Albertus Scorandus, Ludewicus frater eius, Heinr. Pellicium, Walth. Pellico. Heinr. et Leo et Eberhardus fratres eius, Olricus Marescalcus et Herman. filius eius, Chvonradus Camerarius et Heinr. frater eius, Eberhardus filius Alberonis, Hilteboldus, Ludewicus filius domine Berte, Albertus Zaggo, Albertus de Bidennis, et multi alii, quorum hic non fit mentio."

Lib. Vivent. p. 169.

57 | 1209 März 27.

„Anno D. M. CC. VIIII regnante *Ottone* imperatore Chonradus Fabarien. abbas cum consensu confratrum suorum concessit beneficium, quod dicitur de Sacho, cum omni iure Walpurge et suis infantibus tali condicione, quod ipsa et sui heredes monasterio Fabar. annuatim vnam saumam vini ad mensuram dominorum et in cellario ipsorum in festo Martini expediant. Quod si non fecerint, ipsum feodum abbati et monasterio absolute vacabit. Est etiam adiectum, quod si quis heredum tam feminini generis, quam masculini, matrimonium contraxerit ex (extra) consorcio nostri monasterii, dictum feodum nobis libere vacabit. Preterea est etiam sub conditione appositum, quod quilibet heres debet recipere a quolibet abbate infra annum, quodsi aliqualiter transgressus fuerit, idem heres cecidit a suo iure, et sic idem feodum vacabit abbati pro tempore existente. Nec quisquam aduocatus super hoc habet iudicare, presertim cum idem feodum sit in iure ministerialium. Facta sunt hec VI. Kal. Aprilis in villa Ragazs, in presentia multorum tam clericorum, quam laicorum."

Lib. Vivent. p. 176.

58 | 1209

„Anno ab incarn. D. MCCVIIII in villa Ragats. *Petrus de Ragats* cum consensv omnium cognatorum suorum mulierem Mahtildam nomine Sancte Marie Fabar. contradidit, presente Chovnrado abbate in villa Ragats et omni populo, sub Philippo rege ultimo anno regni eius. Ipsa etiam mulier III denarios Constan. monete in cera in purificatione S. Marie dabit."

Lib. Vivent. p. 173.

59 | 1209 circa.

„Tam futuris quam presentibus notum facio deuotioni C. reuerendi abbatis in Fabaria, nec non S. plebani in Vazs, qualis fuit dissensio. Disceptabant enim pro quodam mansu, quem idem plebanus ecclesie sue . . . . . esse asseruit. Dominus uero abbas Reinherii episcopi in presentia pro reditu sui cenobii testimonio probabili obtinuit. His interfuerunt seniores et honestissimi tunc temporis nostri cenobii, unanimi uoce perhibentes testimonium: Hupoldus, Hermannus de Marctorf, Lafridus, Chovnradus, Heinricus Turingus, Magister Hermannus, Chovno plebanus in Ragazs, Eberhardus plebanus in Meils, Waltherus villicus, Ovdalricus Marschalchus, Sigfridus Camerarius, Hubertus, Heinr. frater eius, Albertus Scorandus, Ludewicus frater eius, Ludewicus in Purs, Eberhardus in Lupis, Andreas in Trimuns et alii quam plures quibus presens pagina non sufficit."

Lib. Vivent. p. 29.

60 | 1210

Heinricus nobilis *de Sax* attestatur, se aduocatiam super castrum Wartenstein et super montem atque ecclesiam Fabariensem, sibi et filio suo, annuente Conr. abbate Fabariensi, ab imperatoribus concessam, cum omni utilitate et iuribus cognato suo Henrico de Walkenstein pro 70 marcis argenti in pignus dedisse, donec imperii proceres de hac re aliter dispositurí sint, cum hac expressa conditione, quod prefatus dominus a Walkenstein in omnibus monasterii iuribus et hominibus domino abbati suum debitum seruitium recognoscere teneatur. Testes: Ruod. de Rossberg et Marquardus de Bernank. Actum in Clanz. (Clanx in Appenzell.)

Transsumpt. p. 139, Suiter, p. 287. Irrig lässt *von Arx* I, 387, vorstehende Verpfändung der Vogtei über Pfävers erst 1221 durch Kais. Friedrich II. geschehen. Derjenige Heinr. von Sax, von welchem laut dieser Urk. die Verpfändung geschah, erscheint 1219 im Gefolge Kais. Friedr. II. zu Hagenau.

61 | 1211

„Anno ab incarn. dom. mill. CCXI regnante Ottone imperatore. Ego Chovnradus sacerdos de Waltramisburc cum manu aduocati mei Perhtoldi predium, quod propria manu emi, cum omnibus appendiciis suis consilio C. abbatis et ministerialium Phabariensi ecclesie pro remedio anime mee contuli; quod ego et H. consanguineus meus in instanti de manu predicti C. abbatis pro beneficio recepimus. Acta sunt hec tali conditione, ut post me fratres mei et infinita generatio eorum, tam clerici quam laici, de manu abbatis et successorum eius predictum predium pro beneficio recipiant, et hoc in iure ministeriali hereditaria possessione possideant. Ratum etenim sit, tantum eos dare XII ferripedia equorum pro casura cum adpertinentibus clauilis; nec amplius cogantur."

Lib. Vivent. p. 85.

62	1211	„Notum facimus tam futuris, quam presentibus, Ovlricum et Hermannum nec non Bertovldum et consanguineos eorum, Petrum scilicet et Johannem et Fridericum in Uacz, in ministeriali iure hucusque ad nos perdurasse, qui cum accusati essent apud H. in S. aduocatum nostrum, non accusatione honesta et congrua, sed ex quorundam inuidia, ius ministeriale obtinuerunt manu septima: Ovlrici uidelicet Marscalchi, Chvonradi Camerarii, Ludewici, Hainrici, Eberhardi, Jogi, Swigeri; quod ius ego Chvonradus Phabariensis abbas statuo et in perpetuum corroboro. Huius rei testes sunt videlicet Walterus, Hainr. Turinc, Wernherus Plöhcilt, claustrales. Hermannus villicus, Albertus Scorandus, Chvonradus filius Gebe, Hainr. frater Camerarii et alii quam plures, quorum hic non est necessaria ratio. Facta autem sunt hec anno ab incarn. D. mill. CC. XI. Regnante imperatore Ovttone. Sat est." Lib. Vivent. p. 114.
63	1212	*Conradus* Fabariensis abbas transactioni inter Adelheidem Turicensem abbatissam et Rudolphum Raperswilanum interfuit. Eichhorn p. 280, nach Zapf.
64	1214 Jul.	*Egilolphus* comes *de Monteforti* abbatem Conradum monasterii Fabar., utpote qui cum fratribus sibi commissis magnam vim et iniuriam ab aduocatis suis contra communem iusticiam passus fuerit, in suam et imperatoriam protectionem suscipit et contra iniquos inuasores, videlicet Albertum de Saxo eiusque adhaerentes Henr. de Wildenberg et de Vualkenstein, defendere iubet. Insuper dictus Egilolphus, pro amore dei ac petitione dominorum Henrici, Conradi et Friderici fidelium suorum amicorum, ecclesiam Fabariensem cum omnibus iuribus atque hominibus, cum omni iurisdictione intus et foris, ita ut advocatia super res et super homines sicut prius sit libera, de imperiali sua potestate restitui praecipit, nec non ex singulari gratia praedictam ecclesiam per suae ditionis ambitum ab omni exactione et teloneo immunem declarat, ob piissimam recordationem Ruodperti abbatis consanguinei sui. Dat. Curiae III. Nonas Julii, in praesentia D. Arnoldi episcopi, Heinr. Decani et Vdalrici de Aspermonte. Transsumpt, p. 142. Suiter p. 289. Irrig citirt *von Arx* 1,386, Not. b., für diese Urkunde das Liber Vivent., wo sie gar nicht vorkömmt, und ebenso unrichtig datirt er dieselbe vom J. 1114. Der gründlich-kritische *Salis-Seewis* erklärt vorstehende, ohnehin nicht in Original vorhandene Urkunde für ein ungeschicktes Machwerk, das ein seltsames Gemengsel von Phrasen aus kaiserlichen, päbstlichen und andern Urkunden darstelle, und unterstützt seine Ansicht von der Unächtheit dieses Dokuments durch triftige diplomatische Beweisgründe.
65	1216 Jan. 23.	*Innocentius III.* papa monasterio Fabariensi confirmat omnes possessiones et alia bona, quae dictum monasterium possidet de presenti vel in futurum adipisci potest, itemque res, personas et ipsum monasterium sub protectione b. Petri suscipit. Contrafacientes, et Fabariam impugnantes maledicuntur. Dat. Laterani X. Kal. Feb. anno pontificatus XVIII
66	1220 circa.	„Hec sunt iura, que pertinent ad officivm villici de Regazs. Cum Fabariensis abbas tenet placitum generale in Regazs, uillicus debet scisitari ab hominibus ecclesie, si colonatus agrorum, si colonatus vinearvm et curtes et opilionatus sint in bono et debito statu, et ubi mutatio est necessaria, coloni et vinitores eligent substituendos et abbas constituet colonos, vinitores et villicos in curtes, et opiliones; tum servitivm consuetvm aduocati (dies Wort ist wie ausradirt) debet villicus exhibere de satisfactionibus etc. — — — In Schanevicch (Schanfik), in Schammiz (Schams), in Vetins (Vattis), in Quartin cum suis appendiciis, in toto monte Fauariensi supra pastores, et ubicunque Camerario uel Cellerario uel Decano census dantur, uillicus nullum ius habet. Item nullas exactiones sine petitiones debet habere. In licentia super contractibus matrimoniorum non habet aliquod ius, neque in diuisionibus hominum ecclesie, nisi sit de speciali commissione abbatis etc. — — In alpe de Lazsuno (Lasa-Alp) debet habere vnum canem et ipse non debet dare de suis armentis caseos, qui dicuntur herbarum (Grasmiethe). Item omnes culpe dannales (sic) villici sunt pro parte media. Istud rescriptum habet penes se dominus Olricus de Aspermont et homines ecclesie Fauarien. seniores et discretiores, quibus nota fuerunt iura ecclesie; requisita fuerunt ab eo et a nobili viro dom. Waltero de Vazsis et quibusdam aliis ministerialibus Curien. ecclesie de iuribus villici; *eo tempore, cum captus teneretur a dom. Alberto de Saxo, tunc existente aduocato,* qui asserebat, quod fines excederet sui ioris, in quo ledebat ecclesiam." Lib. vivent. p. 115.
67	1221 März 3.	*Fridericus II.* Roman. imperator et rex Sicilie, attendens purum fidem et sinceram deuotionem, quam Lodoycus abbas monasterii Fabariensis et conuentus eiusdem ad suam excellentiam habebant fideliter et deuote; considerans quoque diuina obsequia, que in eorum monasterio deo iugiter ministrantur, pro remedio anime sue et diuorum augustorum parentum ipsum abbatem, conuentum et ecclesiam suam in personis ac rebus, cum omni iure, hominibus, possessionibus, uillis et cum omnibus suis pertinentiis, sub speciali magestatis sne protectione recipit atque eandem ecclesiam ex singulari gratia ab omni iurisdictione patronatus, aduocatie et cuiuslibet subiectionis officiis, presertim *ab Heinr. de Saxo et Alberto filio suo* et eorum heredibus, liberam et immunem in perpetuum pronuntiat, assumens ideirco Fabariam cum omnibus bonis suis ad specialem suam defensionem, sibi et imperio perpetuo retinendam etc. Contrauenientes 100 libris auri puri puniantur. Dat. Trani a. Mill. ducentesimo XXI. Quinto Nonas Marcii, Indictione IX. Das Sigel dieses Diploms, eine goldene Bulle, sah Scheuchzer noch; jezt ist dasselbe nicht mehr vorhanden, und zwar soll es zur Zeit der Verwaltungskammer des K. Linth abhanden gekommen sein. Dieses Sigel wird in einem 1394 über vorstehende Urkunde ausgestellten Vidimus also beschrieben: „Aureum sigillum in filis sericis rubei coloris pendens, in quo siquidem

„sigillo apparet regalis majestas in dextera manu sceptrum regale, in sinistra vero manu signum et globum sue maiestatis „cruce quoque signatum; in circumferentia vero eiusdem sigilli karacteribus est scriptum: *Fridericus dei gra Romanor. „Imp. semper Aug. et rex Sicilie.*"

Eichhorn N. 70. Böhmer Reg. N. 3255.

68 | 1225 Dec. 18.

Decisio litis suhortae de domo cuiusdam Arnoldi, servi monasterii Fabarien. ac civis thuricensis, et de rebus mobilibus ad illam pertinentibus. — — „Nouerint — tam presentes, quam futuri, — quod quidam bone memorie Arnoldus seruus monasterii Fabariensis et ciuis turicensis domum suam, quam habuit a monasterio Turicensi pro censu denarii unius, resignauit abbatisse Turicensi, petens eam concedi pro eodem censu Ludewico abbati sub nomine ecclesie Fabarien. Post mortem uero eiusdem A. quidam, qui se pro heredibus ingerebant, ius hereditatis, quod uidebantur habere, in Hugonem militem dictum Florem et Bertoldum dictum an dem Rennewege, tunc temporis causidicum, transtulerunt, qui cum predicto abbate de domo et rebus mobilibus contendebant in iudicio seculari, vbi sepedicta domus eidem abbati sententialiter fuerat adiudicata. E. vero miles dictus Molendinarius et C. miles de Lunguuft (Lunkhofen) consilio prudentum uirorum de rebus mobilibus, quas prefati H. et B. sibi usurpauerant, in modum huiusmodi componebant, ut ipsi partem earum abbati redderent memorato, et ipsi sibi partem reliquam retinerent; hac addita conditione, ut obligarent se abbati sepedicto pro vigintis marcis, ut si forte alii postmodum venirent, qui se dicerent heredes, quod ipsum ab impetitione omnium liberarent, alioquin proprias domos exirent, alia parte fluminis obsides remansuri, donec pretium persoluerent memoratum, quod fide data promiserunt. Pari modo abbas se obligauit, quod si ipse uel aliqua alia persona monasterii soi contra predicta venirent, etiam eis in eadem summa peccunie teneretur. Et ut hec rata maneant et incoouulsa, sigillo sunt consiliariorum Turicensiom roborata. Acta sunt hec in Turego, anno ab incarn. dom. M. CC. XXV. Indict. XIII. XV. Kal. Januarii. Testes: E. Molendinarius, C. de Lunguft, H. Judman, H. de Borsinchon, H. Bruno, A. de Masswanden, A. de Ragatsch, milites; W. Boherli, H. filius comitis, F. dictus an dem Rennewege, R. filius Engildrudis, H. et F. aurifabri, F. filius Marquardi, Vol. de Wesin et alii quam plures viri honesti." — Ziemlich gut erhaltenes Züricher Stadtsigel.

69 | 1228 Juni 4.

Traditio quorundam praediorum ecclesiae Fabariensi facta a Hermanno villico de Ragatz — — „Ego Hermannus villicus de Regaz — — notum facio — —, proprietatem quorundam prediorum meorum, que ad me ivre hereditario deuenerunt, sanus mente et corpore, cum absque liberis essem, pro remedio anime mee et progenitorum meorum ecclesie Sancte Marie in Fauaria me tradidisse et a domino venerabili Ludevvico eadem predia nomine feodi me recepisse, statuens, ut unvm solidum mercedis in grano annuatim me vivente dicte ecclesie de prediis eisdem persoluam. Eadem quoque bona dilecte coniugi mee Ite legavi et tradidi nomine dotalicii, si ipsa superstite dies meus extremus prius diluxerit, cvm omnibus proventibus et fructibus usque in finem vite ipsius cvm omni pace et tranquillitate sine cvivslibet perturbacione possidenda, saluo predicto solido mercedis iam dicte ecclesie de prediis eisdem persolnendo. Quod si per dei misericordiam liberos procreauerimus, eadem bona iure feodali ad ipsos sine predicto onere deuoluentur. Duxi autem ipsa predia propriis nominibus et locis exprimenda: Sub Rovino vnvm iugervm agri in duobus locis. Iuxta Mvlinanchun et sub Spilberch duo iugera agri. In Podriv (Padriew) unum iugerum agri. In Berowa per totum XXXta sectaricias (Mannmaad) prati; preterea curtim et vineam ecclesie in Regaz contiguam. Testes autem harum tansactionvm sunt: de Juvalto dominus Henricus et dom. Fridericus et dom. Volricus et dom. Albertus. De Regaz dom. Albertus Schorandus iunior et senior et Ludewicus, Hermannus Marscalcus. Dominus Leo et filii sui. Dom. Eberardus et filii sui. Dom. Chonradus, Hartwicus cellerarius, dom. Hugo et alii multi. Actum a. Incarn. MCCXXVIII. Indict. prima, regnante glorioso imperat. Friderico et filio eius rege Henrico, *existente aduocato dom. Henrico de Saxo et filio eius domino Alberto*, sub uenerab. abbate Ludewico, cvius sigillum ego Hermannus uillicus appendi pecii, ne processv temporis hiis transactionibus aliqua posset calumpnia novercari. Data per manvm Rodolfi iam dicti abbatis Notarii. Mense Junio pridie Nonas Junii." Sigel weggefallen.

Auffallend ist, dass *Heinrich von Sax*, mit seinem Sohn Albert, hier neuerdings in der Eigenschaft als Schirmvogt erscheint, während das Kloster Pfävers durch die Urkunde K. Friedr. II. vom 3. März 1221 (N. 67) von aller Abhängigkeit gegen denselben befreit worden war.

70 | 1232 Aug. 28.

Commutatio bonorum facta inter monasterium Fabariense et comitem *Hartmannum de Kyburg*, una cum eius nepote Hartmanno et Rodolfo aduocato de Rapreswiire. — Pro quodam videlicet prediolo in Obriuwesin predicti comites Ludewico abbati Fabariensi aequipollentem dederunt recompensationem in bonis ville sue in Nidrinwesin, tam in agris, quam in pratis, in loco, qui dicitur Vronematte; et in alio loco, qui dicitur Insula, medietatem eiusdem insule; insuper 16. marcas argenti et duo domicilia cum edibus in eis consistentibus etc. Preterea dicta ecclesia Fauariensis exemta fuit in perpetuum a quodam telloneo, ut deinde omnia bona sua tam in Muro, quam in Wesin et per omnem terram iurisdictionis Hartmanni comitis supradicti, nullo requisito ab eis telloneo, libere transuchi possint. Testes: Hermannus sacerdos Fauariensis, Hugo de Vilingen, Diaconus Fauar.. Swieherus plebanus de Vazz's, Albertus plebanus de Benchin, Walterus plebanus de Ovtin, Olricus miles de Wezzinchon, Gerungus de Chemptun, Hermannus de Landinberch, Walterus de Schalchon, Albertus Schorandus, miles, Rvodigerus de Regazio, miles, Henricus Camerarius, Chonradus de Regazio. Berivvigus et frater eiusdem, Rodolfus de Quarto, Mungo dictus Chobilare, Petrus de Rapreswilre, Petrus de Clavenna, Hugo de Stege, Rodolfus et Chuno et Rihwinus filius eius et allii multi. — Dat. Wesin mense Aug. V. Kalen. Septembris, Indict. V. — Sigilla comitis Hartmanni de K. et Rodolfi aduocati de Rapreswilre.

Herrgott Geneal. Habs. N. 293; wo aber die Namen der Zeugen mitunter fehlerhaft und inkorrekt verzeichnet sind.

71	1232 Dec. 10.	*Gregorius IX.* PP. monasterium Fabariense sub b. Petri et sua protectione suscipiens, eidem specialiter confirmat libertates et immunitates a regibus et principibus pia liberalitate concessas, nec non antiquas, rationabiles et approbatas consuetudines hactenus obseruatas in ipso, item domos in Fabaria, terras, possessiones atque alia bona sua. Dat. Anagnie IIII. Idus Decemb. pontificat. anno sexto.
72	1223 bis 1245	„Notum sit uniuersis tam presentibus, quam futuris, quod ego *Hugo* Fabarien. abbas cum meorum fratrum communi consilio pariter et consensu ad instantiam Cuononis de Villurs feudum in Villurs, cum omnibus eiusdem feudi appendiciis, suis liberis, ipso feudo primitus in nostras manus resignato, cum omni proprietatis iure, quod a predicto feudo nobis nostrisque fratribus fieri tenetur, concessimus, hac condicionis forma interposita, vt omnes ipsius Cuon. pueri, qui nostre ecclesie iure proprietatis cedere dinoscuntur, pretaxatum feudum possideant, reliqui vero pueri, qui nostre ecclesie in proprietatem cedere non uidentur, ab ipso feudo, nullam sibi in ipso feudo iurisdictionem usurpando, penitus destituantur. Testes: dom H. Decanus, dom. B., dom. C., dom. R. Item dom. C. de Vilingen, fratres Fabarienses; dom. H. villicus de Ragaz. C. Cellerarius. Vol. scriba.“ Lib. Vivent. p. 29.
73	1236	„Anno ab incarn. dom. M. CC. XXXVI. *Albertus Schorandus* quendam seruum suum nomine Waltherum, filium Parille, Sancte Marie Fabariensi tradidit. — — Propter talem itaque libertatem supradictus seruus annuatim vnum solid. obulorum valentem dabit.“ Lib. Vivent. p. 173.
74	1241	Instrumentum probationis de quodam predio in Sampans. — C(onradus) quondam monasterii Fabarien. abbas quoddam pratum iuxta Sapans (Sampans, jetzt St. Margrethenberg) situm a domina Junta de Ragats cum omni iurisdictione pro quadam pecunie summa emerat; è contra C. et H. eiusdem domine filii a L(udowico) et H(ugone), C. abbatis predicti successoribus, idem predium in suam partem sepe sepiusque requirebant, ipsum sine eorundem consensu ac voluntate venditum fuisse asserentes. Eadem causa sic aliquamdiu ventilata, tandem, partibus litigantibus in choro Curiensi constitutis, prvdentum clericorum sententia dictante, in hunc modum diiudicata fuit, ut H., tunc temporis abbas monasterii Fabar. cum duorum aut trium confratrum suorum testimonio probare teneatur, predictum pratum nomine predii ecclesie sue attinere. Quo facto, prefatus abbas attestatus est, quod ipse, unacum domino Cvonone et dom. B. suis confratribus et cum dom. S. plebano in Meils, quibus totius facti processus in omnibus cognitus esset, rite comprobauerit, ecclesiam Fabariensem supramemoratum pratum 30 annis et vltra nomine predii obtinuisse. Huius probationis testes sunt hii: H. Decanus, W. Blonshilt, C. de Zuiniltun, C. de Vilingin, fratres Fabarienses. Dom. Bubilarius, H. villicus de Ragats, milites. D. Scolaris de Rvhinberch, Vol. scriba, C. cellerarius, Zarinus et B. seruientes dom. abbatis. An. filius C., Vol. scolaris, filius domine Walp. Acta sunt haec anno etc. Regnante inuictissimo Romanorum imperatore F. et filio suo C. rege Sueuie. Ohne Monats-Datum und Sigel.
75	1243	*Cvon* dictus *Alber*, ciuis thuricensis, feudum pauni, quo ab ecclesia Fabariensi iam longis temporibus fuerat infeudatus, cum omnium suorum amicorum consensu ac bona uoluntate domino suo H. Fabariensi abbati, multis audientibus, vendit atque resignat pro XII. marcis puri argenti, renuntians idcirco omni accioni, seu exaccioni, seu omni uicio litigiosi contractus, quem ipse uel heredes sui in posterum super eodem feudo habere possent. Actum anno incarn. d. 1243. Regnante excellentissimo F. Romanor. imperatore et filio suo Cvon. rege Sueuie, sub Henrico Constantiensi episcopo. Testes: W. prepositus Turicensis, dom. C. de Vilingen, H. plebanus in Walastadi, Burch. plebanus in Eschans, clerici; H. dictus Judiman, dom. H. de Schoninwert, H. dictus de Lunchuft, dom C. de Lunchuft, dom. C. Wallo, dom H. de Curia, dom. Vol. de Schonwert, milites; Vol. Shaphili, dom. H. dictus Merbo et alii quam plures. Dat. Thuregi. — Von den, dieser Urk. angehängten Sigeln des Abtes Hug von Pfävers, der Aebtissin Junta und der Bürger von Zürich, ist nur noch das erste vorhanden.
76	1244	*Hugo* Fabariensis abbas totusque eiusdem monasterii conuentus, Curiensis dioc., curtem in Enstingen, a nobili viro Rvodolfo comite de Raprectswile ad manus ipsorum libere resignatam, cum omni iure et integritate, cum omnibus suis pertinentiis cultis et incultis, sicut dictus comes eandem curtem multis retroactis temporibus ab ecclesia Fabariensi in pheodum tenuerat, Volrico preposito de Vare, suisque successoribus ibidem nomine eiusdem ecclesie perpetuo possidendam concedunt, sub annuo censu, videlicet vna libra cere ponderis turicensis, in assumptione b. Marie virg. in ecclesia Fabariensi persoluendo. Quocirca abbas et conuentus supradicti renuntiarunt omni iuri, tam canonico, quam ciuili, et omni actioni seu fauori et exceptioni, restitucioni etiam in integrum, que ipsis super predicta curte repetenda contra ecclesiam de Vare et prepositum memoratum aliquo ingenio possent competere uel adinueniri, idque maxime, cum etiam prefatus comes in recompensationem dicti pheodi curtem suam, sitam in Tuconia propre stratam, Fabariensi ecclesie curauerit resignare et eandem curtem ab ipsa nomine pheodi receperit possidendam. Presens pagina sepedicto Volrico preposito et ecclesie sue tradita est Volchardi Curien. episcopi, Anshelmi Heremitarum et Hugonis Fabar. abbatum, nec non prefati R. comitis de Raprechtswile sigillis communita. „Nos autem, uidelicet conuentus Fabar., sigillo venerab. dom. et patris nostri H. abbatis, cum proprium non habeamus, in hac parte sumus contenti. Acta sunt hec in capitulo nostro a. dom. incarn. Mill. CC. XL. IIII., pridie Nonas Nouemb. Indictionis tercie, et subscripti erant

presentes, omnibus quorum intererat expresse consentientibus, videlicet nos de Capitulo: Hermannus decanus, Burch. cellerarius, Chovno, Cvnr. de Zwivelten, Ruod. de Bernaneh, Wernherus dictus Blonsilt, Cvnr. de Vilingen, H. scolaris de Wallis, Waltherus de Waliis; preterea Eppo de Rvehenbere, Rvod. de Mvntfort, Cvnr. de Wolfurt. Plebani: Magister Rvod. loci heremitarum, Wernherus de Obereuchilken, Rvod. de Vstro, Magister Volr. seriba de Fabaria, Rvod. plebanus in Riegol. Milites: Rvod. de Galgennon, Cunr. de Tvebelndorf, Wernherus et Henr. fratres de Ebenot, Marscalens de Muntfort, Antonius, Jacobus de Raprechtswile. — Henricus dictos Bruchi, Cvnr. Lovdegast, Henr. Chvndrbremo, Pilgerini. Minister Otto de Heremitis. Et hec sunt completa et legitime perfecta apud locum, qui dicitur Hurdin. In nomine patris et filii et spiritus sancti, Amen.“ Von den vier Sigillen dieser Urkunde ist keines mehr vorhanden.

77 | **1248 Mai 23.**

Innocentius PP. IV. abbati et conventui monasterii Fabariensis indulget, ut, cum generale terre fuerit interdictum, liceat eis in monasterio suo, ianuis clausis, non pulsatis campanis ac submissa voce, nominatim excommunicatis et interdictis exclusis, diuina officia celebare, dummodo causam non dederint interdicto, nec id illis contingat specialiter interdici. Dat. Lugduni. X. Kal. Jun. pontif. anno quinto.

78 | **1249 März 12.**

Bulla seu indultum *Innocentii* PP. IV., quo abbati monasterii Fabariensis conceditur licentia, tempore interdicti generalis in capella sua de Quarto (Quarten) voce submissa celebrandi ac diuina audiendi, dummodo causam non dederit interdicto, nec id illi contingat specialiter interdici. Dat. Lugduni. IIII. Idus Martii, pontif. anno sexto.

79 | **1249 März 21.**

Innocentius PP. IV., cum accepisset, quod monasterium Fabariense per fautores Friderici quondam imperatoris esset diminutum in temporalibus et per Legatos sedis apostolice prouisionibus oneratum, abbati et conuentui eiusdem monasterii indulget, ut de cetero ad receptionem uel prouisionem alicuius in pensionibus et ecclesiasticis beneficiis per litteras sedis eiusdem ac Legatos ipsius compelli non possint, absque mandato sedis predicte, faciente plenam de hac indulgentia mentionem. Dat. Lugduni. XII. Kal. April. pontif. anno sexto.

Eichhorn N. 73, wo aber diese Urkunde irrig in's J. 1248 gesezt wird. Da nämlich das 5te Regierungsjahr dieses Pabstes erst mit dem *Juni* 1248 abgelaufen war, so gehört folglich eine Urkunde, die vom 21. März des *sechsten* Regierungsjahrs datirt ist, bereits in das J. 1249.

80 | **1250 Mai 30.**

Bulla *Innocentii* IV., qua Fabariensis abbas adhortatur, ut S. Galli presulem in adepta possessione coenobii Rhinaugiensis non permittat indebite molestari. Dat. Lugduni. III. Kal. Junii, Pontif. anno septimo. (Das Original im St. Gallischen Stiftsarchiv.)

81 | **1250 Mai 30.**

„*Innocentius IV.* abbati Fabariensi nunciat, quod fratribus de Rhenaugia preceperit, ut abbati S. Galli obedient, et quod abbatem Heremitarum huius instrumenti executorem constituerit. Insuper prefato abbati Fabariensi iniungit, quatenus abbati S. Galli in hoc negotio assistat. Dat. Lugduni III. Kal. Junii a. pontif. VII.“

Regesten von *Einsiedeln* N. 69, mit dem Datum 1249. Nach richtiger Berechnung der pàbstlichen Regierungsjahre gehört aber diese Urkunde, gleich der vorhergehenden, in's Jahr 1250.

82 | **1253 Nov. 20.**

Rodolfus comes de Raprehswiler, cuius precibus Rodolfus abbas et capitulum Fabariense diuisioni ecclesie in Buskilchen, dicto monasterio subiecte, assensum prebebant, eo modo, ut ecclesia sita in burgo Raprehswiler, cum terminis certo limite distinctis a iure matricis ecclesie penitus absoluta et ius parochiale sortita, ad eiusdem comitis et successorum suorum donationem siue presentationem dehinc pertineat, in recompensationem diuisionis huiusmodi ius patronatus in ecclesia Wrmespach (Wurmspach), ad se ipsum iure proprietatis spectans, dicto mon. Fabariensi libere contradit et donat, accedente consensu Eberhardi episcopi et capituli Constantiensis. Dat. In villa Tukennon. XII. Kal. Decemb. Indict. XII. Testes: Chonradus prepositus Imbriacensis, Heinr. plebanus de Walastade, Vol. plebanus in Rvsis, R. plebanus de Buskilchen, Heinr. viceplebanus in Tuken, R. miles de Ruhenstein, R. et H. fratres milites dieti de Turre, Wernerus dictus Helt, A. de Rvti, milites; Vol. de Rvti, H. de Britton, Petrvs de Raprehswiler, Vol. cellerarius de Tuken, Heinr. Schilliuk, H. dictus Weibel. — Sigilla Anshelmi abb. Heremitarum et ipsius Rodolfi comitis de Raprehsw.

Hergott Geneal. Habsb. N. 376.

83 | **1253**

Albertus de Saxo „anno 1253 cum fratre *Vdalrico* alteram instituit bonorum ac haereditatis diuisionem. Huic (Udalrico) itaque aduocatia curtis in Vaz, illi autem montis Fabariensis et Valens et curtis in Vettens obuenit. Constituere tum firmata inuicem fide dominiorum terminos, possessionum fines et uniuersorum iurium regulas in monasterii (Fabariensis) detrimentum. Perscripta olim fuere in Libro Viuentium, sed indignabunda manus poenitendas eas in omnem posteritatem pactiones nobis expunxit, relicta solum testium corona pro coronide; que talis est. „„Praesentem cartam hanc his sigillis duximus roborandam. Actum a. D. 1253 in praesentia testium subscriptorum: H. nobilis de Wildenberg, H. fratris nostri de Clanx, Diethelmi villici de Windegg, Cunonis de Richenstein. H. de Sargans, militum; Vlrici plebani in Bersinz, C. Bumbelarii, Wilifridi, H. ministri de Walastade, Waltheri de Uico, Gottschalc (?), C. de Joneswiller, Jac. de Graps, Waltheri ministri, R. de Gamperin, H. villici de Ragaz, Vlr. Vbercastel, H. de Vges (Igis), E. de Fonaa (Funtnas?), H...... Petri Graffel et aliorum plurimorum clericorum et laicorum fide dignorum.““

Stöcklin, Antiquitates Fabar. p. 131.

84	1256 od. 1257	*Albertus* dictus nobilis *de Sax* attestatur, se, saluti anime sue prospiciens, Ruodolpho abbati et conuentui mon. Fabar. vniuersum dominatum tam super res et homines, quam super castrum Wartenstein et super montem Fabariensem, pacis et tranquillitatis causa in proprium et in totum resignasse pro certa peccuniarum summa, ita, quod prefato abbati et eius successoribus super aduocatiam predictam ac super res et super homines omne ius intus et foris in posterum competat. Stöcklin, Antiq. Fabar. p. 132, Transsumpt, p. 144. Die Urkunde hat zwar kein Datum, aber jedenfalls gehört sie nicht in's Jahr 1258, wie *von Arx* (I, 388) angiebt. Die am Schlusse vorkommenden Zeugen finden sich bei ihm angeführt.
85	1257	**Albertus* nobilis dictus *de Sax* notum facit, se cum consilio et bona voluntate suorum fratrum Heinrici et Volrici castrum apud Fabariam situm, dictum Wartenstein, cum aduocacia montis Fabariensis et montis Valens et curtis in Vetins, que sibi in diuidendo cum fratre suo Volrico cesserant in partem, et aduocaciam curtis in Vaz, abbati Ruodolfo monasterii Fabariensis suoque conventui pro 300 marcis puri argenti legitime vendidisse et in hunc modum tradidisse, ut nullus suorum heredum vel parentum ullam in predictis habeat in posterum exactionem etc. „Item ego „Albertus de Sax predictam aduocaciam ad maiorem caucionem alicui hominum sue ecclesie (Fabariensis), vbi sibi „(abbati) sueque ecclesie melius expedierit, concedere debeo, vel duci Sueuie seu Romano imperatori libere et absque „omni condradiccione teneor resignare, cum eadem aduocacia ad culmen imperii immediate spectare dinoscitur, *si „quando domino concedente imperatorem eligi contigerit*“ etc. Testes: Dom. Volr. decanus Curien., Vol. decanus supersiluam, Vol. plebanus super saxum, sacerdotes; H. miles de Clanx, Vol. suus frater de Sax, Symon de Muntalt et Walth. suus filius, dom. H. de Ruzuns, H. de Belmunt, Symon de Lugarno, H. miles de Vrovvinberch et dom. Frider. suus frater, C. de Gruoninuels, Egil. de Juualt, C. de Rubinberch, H. Karamannia, milites; C. de Rialt. C. de Herinuels, C. et Bartholomeus fratres de Beruburch, Cvono de Richinstein, Walth. minister, H. dictus de Sillis, Egil. de Bernauc, Burch. Seltinsprunch, C. plebanus in Walastad, Vol. Scolaris de Sangans, et alii quam plures tam clerici, quam laici. Acta sunt a. dom. incarn. 1257. Indict. prima. Dat. Apud Richinovve. (In Bünden.) — Von den acht Sigeln, die an der Urk. hiengen, sind einzig noch vorhanden die Sigel des Bischofs von Chur, des Heinrich von Sax und des Abtes von Dissentis, der übrigens in der Urkunde nicht genannt ist.
86	1261	Reversales *Heinrici de Wildenberch* de advocacia monasterii Fabariensis, sibi a Rudolfo abbate, qui eandem advocaciam unacum castro Wartentsein a nobili viro Alberto de Saxo comparauerat (1257, N. 85), de consilio suorum confratrum et ministerialium commissa, eodem abbate ac suo monasterio propter temporis maliciam secularis brachii auxilio indigentibus. Reservata tamen fuit predicto monasterio arx Wartenstein, saluis insuper priuilegiorum iuribus eidem monasterio traditis et concessis ab imperio ac condicionibus ab utraque parte abprobatis, ad que conseruanda predictus H. de Wildenberch iuramento corporali cum Chvonrado de Castris et Hilthrando militibus sibi coniurantibus firmiter se astrinxit. Dedit preterea idem H. de Wildenberch monasterio Fabariensi de propriis suis prediis in Flimbs et Embds 50 solidos mercedis annuatim percipiendos, in recompensationem quarundam prouentuum seu utilitatum de predicta aduocacia hucusque receptarum. „Item pactum est, quod castrum Warthinstein et custodes eiusdem et res eorundem ad honorem et „utilitatem abbatis et monasterii teneor contra quoslibet totis uiribus defensare. Item quod ullum castrum seu munitio „in predicta aduocacia per me uel per alium construatur toto conamine sub debito iuramento me opponam. — — Item „quod in bannis consuetis ipsum abbatem non debeam impedire. Item quod non debeo impedire eum, quo minus „recipiat medietatem omnium emendarum, que in iudiciis fiunt. Item si aliquis de familia ecclesie (Fabar.) hominibus „alterius familie copulabitur, illum abbas puniat prout sue placuerit uoluntati. Item omnia iura uillicationis debent ad „predictum abbatem libere pertinere. Item quod in officiales predicti monasterii quocunque nomine censantur, seu „etiam in candelarios (s. g. Kerzner), hospitalarios et seruientes dominorum, preterquam in iudicio, nullam exerceam „potestatem. Item in terminis predicte aduocacie preter abbatis uoluntatem nullam uenationem penitus debeam exercere. „Item in collectione ouium S. Johannis abbas suum cum meo transmittat nuncium, suam terciam partem ex eis primo „et principaliter recepturus, residuas vero duas partes ad meos usus postmodum relinquendo.“ Testes: R. comes de Raprechtsuiler, R. miles de Mazingin, R. plebanus in Buskilchun, Arnoldus capellanus in Raprechtsuiler, C. dictus de Vilingin, V. decanus supra siluam, Rvodegerus plebanus in Menidorf, H. de Chestris et Hiltbrandus, milites, H. vicarius in Tuggen et Volricus cellerarius eiusdem loci, H. minister de Walastade, et Hermannus de Ygis. — Sigilla H. Curiensis electi suique capituli, H. Disertinen. abbatis, R. comitis de Raprechtswiler et ipsius Heinr. de Wildenberch. Actum apud ecclesiam Nuoln a. dom. incarn. 1261, Indictione IIII. Hergott Geneal. N. 449, wo aber der Ausstellungsort fälschlich Stuln statt Nuoln heisst.
87	1261 Nov. 17.	*Urbanus* PP. IV. ad instantiam abbatis et conuentus de Fabaria ipsum monasterium Fabariense cum omnibus pertinentiis sub b. Petri et sua protectione suscipiens, eidem auctoritate apostolica terras, domos, possessiones, decimas, nemora, vineas, et alia bona sua specialiter confirmat, salua tamen in predictis decimis concilii generalis moderatione. Dat. Viterbii. XV. Kal. Decemb. a. pontif. primo.
88	1263 April 23 vel 24.	Concambium bonorum factum inter monasterium Fabariense et Henricum filium quondam Wernheri villici. — Dederunt iste Henricus et Ita uxor sua, cum liberis suis Joh. et Vol., Ruodolfo abbati Fabarien. ac eius ecclesie aput curtem suam Curie (sitam) vnum solamen et vnum pomarium, cum eorum adtinenciis; è contra dictus abbas et conventus

monasterii Fabar. predicto Henrico et liberis suis vnum agrum in Nugairol hereditario iure nomine predii possidendum concesserunt, tali videlicet pacto, ut hoc predium sine manu et consensu abbatis Fabar. a dominio eiusdem ecclesie nunquam alienandum sit. „Acta sunt hec in prescripto pomario (supradicti Henrici) a. d. 1263. Indict. VI. In festo „Georgii. Et hii sunt testes: Dom. Hermannus decanus, Dom. C. de Vilingin, Dom. C. de Volfurt, Rvo. de Montefurti, „E. de Rvhinberch, professi Fabaricnses, Arnoldus scolaris, Hs. et Vol. scolares, C. Steinboch, C. Stovbinus. C. Cvrraus, „Vol. Sacrista. Hii facta resignatione predictorum bonorum apud *Fabariam* interfuerunt. In *pomario* vero prescripto „interfuerunt hii: Vol. plebanus S. Saluatoris, Andreas ciuis Curien., W. et filius suus, Egi dictus de Bevviges, C. „de Colonia, Vol. de Amidis et alii quam plures." — Sigillum abbatiale, quod excidit.

89 | 1263 im Mai. | „*Hermannus* villicus ecclesie Fabar. et seruiens et ministerialis eiusdem, verba evangelica recognoscens, vbi dicitur: Qui non renunciat omnibus, que possidet, non potest meus esse discipulus, legaui, donaui et iuste et rationabiliter tradidi in honorem gloriose virg. Marie, nec non omnium sanctorum, et in anime mee salubre remedium, perpetuo predicto monasterio quiete possidendo, omnia bona, que iuste ac rationabiliter possedi: Predia, feoda, homines, tam mobilia, quam iacentia immobilia, sicut subscribuntur etc." — — „Item vine (am) et Kaminatam ante ecclesiam Ragaz. Item vnum solamen in capite vici. Item medium planum, item vnum molendinum sub ponte Ragaz, alterum desuper. Hec sunt feoda: In montanis VIIII sol. mercedis in panno, item in Ragaz VI sol. m. in panno de coloniis subscriptis" — —. „Item villicatia Meils VIII. den. m. in panno; item de decima Settes vnum sol. m., item de decimis Leidurs et Rusins I. ß merced., item de decima Flimis I. sol. m. Hec resignaui etiam in manus venerab. dom. mei abbatis Rvod. Fabar. et spectant ad officium villici. Hii sunt homines: Bonamventuram cum suis liberis totaliter, Itallam cum suis liberis integraliter, Hemmetam cum suis natis partem, que contigit, item Bertam Baluam cum natis eius integraliter, item Vigiliam cum pueris eios totaliter, item Faiunge cum germana sua, item fratres cognominatos Schosche. Terciam partem coniugatorum, Bastardorum integram partem. Item omnia feoda, quibus ab ecclesia sepedicta extiti infeodatus, resignaui — cum officio villicatie. — Ipsi vero meam respicientes penuriam pro tempore vite mee in victu et vestitu mihi necessaria ministrabunt. Hec in generali placito, quod fit in Magio, cunctis audientibus fuerunt publicata et recitata a. d. 1263. Indict. VII. Juxta pontem Ragaz."

Lib. Vivent. p. 81. Ueber die *Huben zu Ragaz* und den, auf denselben haftenden *Tuchzins*, wovon in diesem Aktenstüke Meldung geschieht, enthält die eben citirte Quelle in einer andern Stelle noch folgende Notiz: „Hec est nota census panni cedentis ex coloniis in Ragazs nostro monasterio. Et primo nota, quod monasterium habet in Regezs preter curias et alias possessiones ibidem VIII. colonias integrales, quarum quelibet soluit VI. ß mercedis panni lanei solito modo contexti. Si vero aliqua illarum coloniarum defectum patitur propter destitutiones et desolationes sui fundi, ita quod frui non potest, tunc vnicuique deficienti colonie debita et competens pro tali defectu fiet defalcacio in suo censu. Et recuperato fundo, recuberabitur et census."

90 | 1265 Juli 22. | *Chvonradus* „dei gratia Fabar. Electus" Rvodolfo militi de Valendaus et suis heredibus directa linea succedentibus quedam predia sita in Valendaus (in Bünden) sub feodi censualis nomine concedit, eo pacto, ut ipse Rvo. miles et heredes sui persoluant quotannis in festo Martini ex prescriptis bonis quatuor denarios boni mercedis iuxta precium monasterii Fabariensis. Quod si vero dictus R. miles sine infantibus de se genitis decederet, tunc memoratum feodum remaneat Rvodolfo et Adelheide infantibus fratris sui Alberti militis sub pretaxato censu quiete possidendum. „Actum „apud Fabariam a. d. 1265. Indict. VIII. In huius rei testimonio seu firmitate presens scriptum fecimus communiri „patenter sigillis conuentus nostri, quia proprium nondum habuimus, et nobilis viri H. de Wildenberch. Datum apud „Fabariam Marie Magdalene." Beide Sigel fehlen.

91 | 1269 | „A. d. 1269 Domina *Hemma* vxor Hartwici contulit subscripta predia S. Marie Fabariensis monasterii pro remedio anime sue et svorum parentum: In Chanals vnvm iugerum agri et dimidivm. Subtus Rovonnon in vno loco medivm iugerum et in alio loco minus quam medivm. Vltra Fasschinea dimidivm ivgervm. Item in Cardena III Sechtarezchaes (Sectaricias) prati. Item in prato Nagedun IIII or Secht. Item cvm Dom. Chvnthelmo III. Sect. Item in Rvcenasch II. Secht. et I. Carral. Item in Hisella I. Secht. Item in Flida V. Sectar. Item svbtus Schvavr I. scllam agri. Ista collatio facta est in villa Ragazs ivxta pontem, in presentia venerab. dom. C. abbatis Fabar. et aliorum, C. de Villingin, R. de Monteforti, E. de Rvhvnberg, fratrum Fabariensium; Bovrchardi plebani in Ragazs, H. plebani in Vazs, Vol. plebani in Campo et ministerialivm: Vol. de Castelmvr, M. filii Leonis, Alberti Scoraoili, Hen. de Pvigis, Johannis Wallarii, Wilhelmi et multorum aliorum, C. Steinboch, H. de Vethines, Al. de Amides, ... Joh. Allheronis, W. Barill et aliorum plurimorum."

Lib. Vivent. p. 172.

92 | 1270 Aug. 19. | *Rvodolfus* comes *de Monteforti* per Conradum, cantorem ecclesie thvricensis, subdelegatum prepositi Episcopaliscelle apostolice sedis delegati, fulmine excommunicationis, eo quod census monasterii Fabariensis in curia Ranquili per vndennivm et vltra indebite acceperat, cum uxore, familia, colonia et inquilinis percussus; recognoscens, se contra salutem anime sue minus sane peregisse, non solum propter deum, verum etiam iusticia mediante ac de consilio et iussu discretorum virorum et prvdentum, videlicet Hermanni Prioris fratrum domus hospitalis S. Johannis in Veltkilke, nec non D. Conr. de Viiingin, cellerarii dominorum claustralium Fabar., promittit bona fide sub nomine iuramenti, quod abbatem et conventum monasterii Fabar. in censibus in Ranquil ab hac die in antea non uelit grauari, nec

grauari permittere, sed eos pro posse defendere. Quod si secus factum fuerit, et comes ab abbate monitus infra tres menses omnia non restituerit, abbas et conventus predicti actionem suam super 50. marcis argenti, que computate sunt pro damno à comite monasterio illato, contra dictum comitem poterint exercere. Ceterum quoque altercatio cum eiusdem monasterii Fabar. abbate et conventu habita ob 30 ulnas panni, ad officium portus in Vuozo (Fussach) spectantes, per eosdem arbitros in hunc modum decisa est, videlicet quod illi, qui naute officium ibi haberent, tenerentur quemlibet abbatem et suos omnes nuntios tam equestres, quam pedestres, qualibet hora sine precio transducere, item equos abbatis et suorum nuntiorum medio tempore usque ad reuersum seruare et excepto pabulo omnia necessaria equis sufficienter dare ac honeste famulos tractare, et ad hoc annuatim duos honestos et bonos calceos matutinales semper in festo S. Galli cuilibet abbati transmittere. Idem quoque nauta exinde quotannis de bonis monasterii Fabar. in Satains 4 solidos mercedis in panno solito fevdi more a quolibet abbate recipiens, aliam iurisdictionem in ipsis bonis non habeat, nec sibi vsurpare presumat. Dat. Veltkilch, XIIII. Kal. Septemb. Indict. XIIII. Sigilla H. episcopi Curien., magistri cantoris ecclesie Thvricens., iudicis in dicta actione, domus fratrum hospitalis S. Johannis in Veltkilch, nec non abbatis et conventus monasterii Fabariensis.

Inhalts-Auszug bei von *Arx* I,391.

93 | 1271 Oct. 30.

Henricus episcopus *Curien.* C. abbati monasterii Fabar., nolenti ab eo recipere munus benedictionis, quia videlicet Marscalcus episcopi asserebat, se palefredum cuiuslibet abbatis in benedictione de iure habere, oretenus exponi fecit, ut officiatis tam maioribus, quam minoribus dot, que officiatis curie Constan. in abbatis consecratione expedirentur, quod prefatus abbas acceptauit. Summa autem, que Constantie constituta fuit, E. episcopus Constan. sic edocuit: Duo marco videlicet argenti et dimidia; de hiis capellani habent unam marcam, quatuor officiales maiores, videlicet Marschalcus, Camerarius, Dapifer et Pincerna, unam marcam; inferior Camerarius, Dispensator, Cocus et Impletor dimidiam marcam et illorum quatuor quilibet percipit dimidium ferconem. Episcopus Curiensis abbati monasterii Fabar. predicto desuper litteras tradidit. Testes: Dom. E. Decanus Curien., Dom. Vol. de Liectenstein et filius suus R. et alii fide digni. Acta sunt III. Kal. Nouemb. Indict. XIIII. Dat. Curie, in domo dom. Volrici de Liectenstein. Bischöfliches Sigel.

Eichhorn berichtet über den endlichen Ausgang dieses Handels, wie folgt: „Res integro adhuc septennio ventilata demum a. 1279 eum in modum diremta est, ut Fabarienses pro benedictione abbatis ad solvendas suo episcopo 32 marcas auri obstricti fuerint."

94 | 1272

„A. D. 1272, Indictione XV. *Egelolfus de Monteforti* contulit S. Marie monasterii Fabarien. Rodolfum filivm Chvononis dicti Thotstersaer, famulum suum, tali uidelicet conditione, ne idem Rodolfus ab aliquo aduocato aliquo iuris aduocatie amminiculo possit conueniri uel grauari. Et predicta donatio facta est in presentia Rvodolfi decani dicti de Monteforti, Ebonis de Rubunberch, H. plebani in Vaz, Vol. de Aspermvnt, Henrici de Wolfvrt, Vol. dicti Benst, Keturici dicti prepositi."

Lib. Vivent. p. 4.

95 | 1273 Jan. 10.

Chonradus abbas totusque conventus monasterii Fabariensis promittunt, se Magistro Henrico de Wetigis (Weggis), canonico ecclesie Werdensis, benefactori suo, sine omni allegatione et exceptione gratie seu indulgentie iuris, facultate oblata prouisuros in beneficio ecclesiastico, secularibus clericis assignari consueto, quod beneficium idem magister ab ipsis duxerit acceptandum, quam cito Walthero de Lovbecch, canonico S. Johannis in Constantia, a monasterio predicto prouisum fuerit vel idem cesserit, vel de presenti seculo subducatur. Si uero facultas se obtulerit in beneficio aliquo, quod idem Waltherus a dicto monasterio non duxerit acceptandum, id predicto H. de Wetigis, si voluerit, liberaliter conferatur. Testes: Dom. Conr. rector ecclesie in Walastade et dom. Burchardus rector ecclesie in Ragaz, nec non H. plebanus, rector ecclesie in Vaz, qui hanc litteram conscripsit, et quidam alii ad hoc specialiter vocati et rogati. Dat. Fabariae quarto Idus Januarii, Indict. prima.

96 | 1274 Jan. 19.

„Noverint singuli et vniuersi — —, quod nos *Chonradus* dei gratia Fabar. abbas prehabito consilio nostri conuentus officium nostri opilionatus, quod in vulgari dicitur Saihunge in Vethines (Vättis), destituimus perpetualiter, presertim cum homines nostri monasterii occasione predicti officii rebus et persona destituerentur, et (sc. tali conditione) quod homines ad idem officium spectantes, videlicet nostri coloni, annuatim in festo Michahelis octo solidos mercedis in caseis sine omni diminutione tam ex pratis, quam ex agris siue fundis ad ipsum officium spectantibus, persoluant, preter XX modios ordei, quos quilibet plebanus ecclesiam in Vethins tenens nobis seu nostro monasterio debet expedire. Preterea adiectum est etiam, quod ipsi coloni tenentur inter se eligere homines ad excolendum (sic) possessiones predicti opilionatus, ne nobis aliquis defectus in nostris censibus succumbat, uel eueniat. Acta sunt hec Fabarie a. d. 1274. Indict. III. XIII. Kal. Feb. Presentibus Bur. plebano in Ragaz, H. plebano in Vethins, Petro . . . . phal, C. Zarino, Willhelmo cellerario et aliis quam pluribus. Pro huiusmodi vero destitutione homines in Vetbins dederunt in restaurationem nostro monasterio XIIII or lib. mediolanens."

Lib. Vivent. p. 174.

97 | 1274 Mai 31.

— — „Noscant vniuersi — quod ego *Willhelmus*, filius Henrici quondam Camerarii de Ragaz, ab Hermanno plebano in Vaz ratione iuris sententiis canonice latis compulsus coram iudicio ad absoluendum ab Vol. de Rvsins et sua filia Waldpurga vnum iugerum agri in Meraus, et ab infantibus villici Henrici de Schiers medietatem illarum possessionum

in Mvntills, que fuerunt Lvdewici filii Volr. de Rvsins, et ad stabiliendum memorato H. plebano predictas possessiones, iuste et rationabiliter emptas ab Eginone de Schiers et ab vxore sua Waldpurga et filio sua Eberhardo et antedicto Ludewico, mea legitima predia scilicet vnum iugerum agri in Merans, situm vltra vineam Alberti Scorandi, et vnum iugerum situm in Scadun (Schadons) et medium iugerum subtus Castellazs, et mediam sectarezam prati siti in Ryzinnasch et duas sectas sitas in Berow, cum omni iurisdictione et pacto, quo antedicte possessiones Ludewici fuerunt, in manus venerab. dom. Conradi abbatis Fabariensis resignaui et petivi investire sepefatum H. plebanum in predictis meis possessionibus titulo donationis, quod vulgariter dicitur Herbelehen et censvalis fevdi annualis, hac tamen conditione adiuncta: Si ego Willhelmus pretaxato H. plebano *uel suis infantibus* ab exeunte mense Maio, quo hec facta sunt, infra biennium predictas primas possessiones a supradictis hominibus et ab eorundem heredibus ab omni vexatione cuiuslibet cause vel facti absoluere et eximere et stabilire, vt iuris ordo exigit, valeo, tunc prescripte possessiones libere et absolute mihi vacabunt. — — Nos vero Conr. dei gratia Fabar. abbas ad instantiam vtrarumque partium H. plebano in Vats *et suis infantibus Hermanno, Ite et Eilse* omnia prenotata presentibus litteris et patentibus sigillo nostro roboratis confirmamus. Acta sunt hec etc. secundo Kal. Ivnii, Indict. secunda. Presentibus Vol. de Aspermunt, Henr. de Wolfurt, Henrico de Puigis, Friderico Scolare, Joh. Wallario, villico Henr. de Vethinnes, Alberto filio Waltherol, Alberone, Joh. cellerario, Willhelmo cursore dom. Abbatis, Meizelstein, Conr. coco, Nicolao de Puigis et aliis quam pluribus et fide dignis. Et in omnibus vt premissum est ego antedictus Willh. me autorem vbique exhibendo." Dat. in castro Wartenstein.

98 | 1275 Dec. 30.

Chonradus abbas et conuentus monasterii Fabariensis possessiones certorum bonorum sitas in Bvschilk (Busskirch), soluentes ipsis denarios dictos in uulgari *Schirmpfenninch*, et possessiones Wernheri dicti Ecchol, sitas in Staphill, hospitali domus pauperum in Raprehswilar vendunt pro XI marcis argenti, hac tamen conditione, „videlicet, quod „idem hospitale et sui procuratores singulis annis in vigilia assumptionis b. Marie in camera abbatis Fabarien. mediam „libram cere, vna cum illa media libra, quam nobis ex bonis domini Antonii antea dedit, consignare teneatur et magistro „Henrico de Wetigis (conf. N. 95) pro tempore vite sue solitum censum spectantem ad cameram dominorum expediat." Plenum et totum ius patronatus ecclesie Buschilk monasterio Fabariensi prefato itidem reseruatur. Appositum quoque est: Si casu alicuius destructionis premoratum hospitale ad nichilum deuenerit, omnes possessiones ad dictum monasterium primitus spectantes libere et absolute ad ipsum reuoluentur. Testes: Hermannus plebanus in Vazs, magister Vol. de Walde, Conr. miles dictus Streiphar et frater suus Otto, Rvod. minister in Walastade, Henricus de Wolfuurt, Nicolaus de Puigis. Actum in castro Wartenstein tercio Kal. Januarii, Indict. III. Sigilla abbatis Heremitarum, nec non abbatis et conuentus monast. Fabar.

99 | 1276 Mai 14.

„*Conradus* Abbas Fabariensis confirmat contractum empte cuiusdam vinee in Maenidorf, cum omni iurisdictione, ab Heinrico de Rambach factum, ea tamen conditione, ut ipse H. et sui heredes annuatim ex ipsa vinea unum solidum thuricensis monete domicilio sive fundo domus, ad quem fundum predicta vinea spectabat, expediant. In defectu heredum vinea ista abbati et monasterio vacabit. Signavit abbas predictus et nobilis dominus Rudulfus de Rapperschwil, cuius sigillum periit. Testes plures. Dat. Rapperschweil II. Id. Mai."

G. Morel *Regesten* von *Einsiedeln* N. 100. Im Archiv von Pfävers fehlt diese Urk.

100 | 1276 Juli 12.

Chonradus Fabariensis Abbas, nec non Decanus totusque conventus eiusdem monasterii clericum Alberonem, custodem ecclesie Curiensis, ob sue bonitatis merita speciali sua benniuulentia congaudere cupientes, promittunt fide data nomine sollempnis iuramenti dare ei ac lagiri primam ecclesiam curam animarum habentem uel sine, seu aliud beneficium ecclesiasticum quodcunque ad ipsorum collationem spectantem vel spectans; hoc adiecto: quod abbas et conventus prenotati, si medio tempore aliquod beneficium vacauerit, quod Volricus de Aspermunt duxerit acceptandum, illud ei conferre possint sine preiudicio Alberonis custodis suprascripti, nihilominus adiicientes, quod si ecclesiam in Buschilk vacare contigerit, ipsam conferre possint pro sue libito (sic) voluntatis. Testes: H. plebanus in Vazs, R. de Rossberg, Marquardus de Bernanch, Petrus dictus Graphal. Quarto Id. Julii, Indictione IIII. in castro Wartenstein.

Gleichzeitige Copie.

101 | 1276

Conventio de legibus et statutis a monasterii Fabariensis advocatis in perpetuum servandis, arbitrio Conradi episcopi Curiensis et Eberhardi de Aspermonte facta inter Fabariam et Heinricum de Wildenberg, dominum in Freudenberg, eiusdem monasterii advocatum. Testes plures. Nicht in Original vorhanden.

Abgedr. bei Eichhorn N. 84, jedoch ohne den Eingang und Schluss. Ueber die Aechtheit der Urk. lässt sich, in Ermanglung des Originals, nicht mit Sicherheit urtheilen. Soviel ist gewiss, dass sie von derjenigen von 1261 N. 86 in manchen Stücken abweicht. Dort hatte z. B. der Vogt die Hälfte aller Gerichtsbussen, 1276 nur $^1/_3$, dort hat er nur keine Jagdbarkeit, hier auch nichts über Wälder, Fischereien, Zölle zu verfügen; dort sind die Bastarde nicht vorbehalten, hier dagegen wohl.

102 | 1279 Mai 30.

Hugo senior comes *de Werdenberg*, ad cuius audientiam peruenerant innumerae et frequentiores seditiones et contentiones, que prius et nunc fiebant inter Conradum abbatem Fabariensem ac imperii ministros seu aduocatos, ea de re in publico iudicio pro utraque parte sententiam tulit pronuntians: Ab hominibus monasterii ius nullibi nisi apud abbatem legitimum dominum suum queri oportere, ad illum proin omnes causas esse deferendas, excepto placito

Maii, ubi aduocatus ab imperio iudex datur; item in diiudicanda quacunque causa capitali seu criminali predictus abbas, quum haud deceat ipsum in iudicio sanguinis sententiam ferro, aduocatum non impediat et debitam mulctarum partem pro labore illi contribuat. Hominum bastardorum vel ex damnato coitu progenitorum, item hominum sine heredibus mortuorum tota hereditas deuolnatur ad camberam abbatis, „nam in hos, sicut et in candelarios, hospitalanos et „officiales monasterii nullum ius aduocatus habet; reliqua omnia iura monasterio supradicto ab imperio tradita, i. e „tota superioritas tam superioris, quam inferioris aduocacie in arbitrio abbatis sunto, ut in rotulo et libro aureo memorie „plenius scriptum inuenitur.“ Qui autem hec infregerint, toties quoties fiet, XX libras auri ad camberam abbatis persoluant. „Actum Murris (im Wartauischen) in publico iudicio a. 1279; X. C. Aprill.“ Werdenbergisches Sigel mit nicht mehr lesbarer Umschrift.

Scheuchser bestreitet die Aechtheit der Urk. wegen ihrer *äussern* Beschaffenheit, da wirklich die Schriftzüge durchaus nicht den Charakter des 13. Jahrhunderts an sich tragen. *Salis-Seewis*, der das Original nicht sah, begleitet diese Urk. mit folgenden Bemerkungen: „Für eine Senteuz finde ich die Form der Urkunde sehr mangelhaft. Man erfährt die Eigenschaft, in welcher dieser Richter (H. von Werdenb.) sizt, gar nicht, nichts von Verhörung der beidseitigen Gründe, von Vorlegung der Dukumente, von Beistimmung der Mitglieder dieses Gerichts: Der Graf spricht ganz dictatorisch ex se, und es wird auch keiner Siglung, keiner Zeugen gedacht. Uebrigens wird in dieser Urk. das Recht des Vogtes noch mehr beschränkt. Hatte er 1276 einen $^1/_3$ aller Bussen, so soll er jezt nur einen Theil an den höhern haben. Die Citation des libri aurei ist um so merkwürdiger, da die nachfolgenden Urkk. über die Rechte des Abtes dessen nicht gedenken.“ — Was nach unserer Ansicht diese Urk. am meisten verdächtig macht, ist die namentliche Unterscheidung der superioris et inferioris advocatiae, die, in dieser bestimmten Form ausgedrückt, im 13. Jahrhundert wohl schwerlich vorkam.

103 | **1282 Juni 1.**

„*Martinus* IV. pontifex abbati monasterii Fabariensis insinuat, quatenus abbatem et conventum mon. Heremitarum contra raptorum, predonum et invasorum audaciam efficaciter presidio defensionis assistat, molestatores huiusmodi per censuram eccl. appellatione postposita compescendo. Attente tamen provideat, ne de his, que cause cognitionem exigunt et que personas et bona non contingunt ipsorum, se aliquando intromittat. Dat. Apud urbem veterem I. Jun. a. pontif. II.“

G. Morel *Regesten* v. *Einsiedeln* N. 105.

104 | **1282 Aug. 28.**

Preceptum *Rudolfi* I. Romanor. regis de regalibus feudis mon. Fabariensis, datum abbati Conrado hisce verbis: „Mittimus enim tibi Regalia feoda tua, nec non amministrationem temporalium et omnia ea, que de iure a nobis et imperio tibi competunt obtinenda.“ Dat. Bopard V. Kal. Septemb. Indict. X. a. dom. 1282, regni vero IX. Das Sigel nicht mehr vollständig erhalten.

Herrgott Geneal. N. 610. Böhmers Regesten N. 4468.

105 | **1282 Sept. 2.**

R. Comes *de Rapretswiller* attestatur: „Quod nos in recompensationem iuris patronatus ecclesie in Wremspach „(Wurmspach), collati a nobis ven. domino C. abbati Fabarien. et suo conventui cum possessionibus duorum mansuum „siue curtis in Richiswiller et trium curiarum, que site sunt in Tutgin, quas ab ipso abbate iure tenuimus feodali, ius „patronatus ecclesie opidi nostri in Rapretswiller, que olim filia fuit ecclesie in Buskilch, sed de consensu et per„missione R. quondam abbatis Fabarien. — — a predicta ecclesia scilicet Buskilch separata fuit, libere et gratanter „recepimus a prefato C. abbate et suo conuentu, a nobis et nostris heredibus sev successoribus perpetuo possidendum.“ Promittit igitur dictus comes, se nullo modo Fabariam contra huiusmodi cessionis et permutationis contractum molestare velle. Testes: Bur. plebanus in Ragaez, H. plebanus in Vetens, plebanus in Ruminanch, R., Bur. et H. milites de Turri et miles senior ab Ebnoet, Albertus miles de Vrikon, H. marscalcus, Ja. scultetus, R. minister in Walastat, Alb. dictus Ischener et dictus Hegnower. Dat. Rapretswiller II. Non. Sept. Indict. X. Wohlerhaltenes Sigel des Grafen R. von Rapperschwil.

Hergott Geneal. Habsburg, N. 612. Diese Urkunde ist nach ihrem Inhalte eigentlich nur eine Wiederholung und Bestätigung der schon 1253 stattgefundenen Transaction (N. 82).

106 | **1282 Nov. 19.**

Chonradus abbas Fabar. Alberto iuxta aquam et suis utriusque sexus infantibus concedit omnes possessiones tam in agris, quam in pratis, quas dictus Albertus comparavit ab Henr. de Amides et quas idem Henricus emerat ab Hermanno Marschalcho, videlicet pratum situm apud Renum vltra aquam Rvbutaira, cum aliis quibusdam prediis; item possessiones, quas memoratus Henricus emerat a Walthero filio domine Gepe etc., tali condicione, quod predictus Albertus suique heredes mon. Fabariensi annis singulis in festo Michahelis vnum arietem ad IIIIor denarios mercedis appreciatum ex istis possessionibus debeant expedire. Quodsi autem prefatus Albertus sine infantibus a se genitis mortem occumberet, tunc Wilhelmus suus propinquus, quem ipse suis infantibus constituit fore tutorem, predictas possessiones hereditabit, prelibatum censum persolvendo. Testes: W. Dyaconus de Amides (Embs), Henr. de Puigis, Jo Wallarius, Jacobus de Wallaclauiha, Ja. filius Christofori, Antonius de Mails, Rvo. de Grovninvelt, Henr. Cranicarius, Alb. Fulmuot, Eberh. Spizade. XIII. Kal. Decemb. Indict. X. Dat. Fabarie.

Nr.	Datum	Regest
107	1288 Mai 28.	Abt *Conrad* und der Convent zu Pfävers überlassen dem Herrn Heinrich von Wildenberg, ihrem lieben „Frivnde, Herren vnd Vogget," in Form eines Tauschwechsels 9 Schilling jährlicher Korngült aus ihres Gotteshauses Zehend zu Vilters gegen die Mühle, „div bi dem wege lit vnder den nusbovmen ob der brugge ze Ragaesch." Allfälliger Abgang an besagter Gült soll dem von Wildenberg aus dem Zehend zu Wangs jeweilen ersezt werden. Dabei ist bedingt, dass weder Er, noch Jemand der Seinigen „sunt niemer mülie gewinnen, noch gemachen an das Wasser, „das durch Ragaesch rinnet, nob gemaln, noh nieman betzwingen anderswa ze maln, wan ze des gotteshuses mülinon ze Ragaesch." Zeugen: Conrad der Tegan von Pfaevers, Herr Rvodolf von Hardegge, die Klosterherren, Herr Hermann, Leutpriester von Ragaesch, Heinrich der Kilchherr von Ragaesch, Herr Ulrich der Kilchherr von Vrsarron (Urseren im Kt. Uri), Herr Hiltebrand von Sagaennes (Sagens?), Herr Symon von Paschgell, Albrecht Schorand, Heinrich Vederspil, Ulrich der Ammann von Valendaus, Florin Rabivs, Friderich von Walastade, Majer Heinrich von Valens, Albrecht von Vaa, Berchtold von Sekingen. „Des iares, do tvsent vnd zwaihundert vnd aht vnd ahzet iar „waren nach gottes geburt, an dem vierden tage xo vsgaendem Maien des aht vnd ahzegosten iares." Dat. In dem Dorfe ze Rägaesch. Diese Urk. hat seltsamer Weise folgenden rythmischen Eingang: „Wise livte gent den rat, swas div welt ge„schaeftes hat, das sol man haissen schriben an, das man hernach gedenk daran; swer das haisset vnd tvot, der ist „hernach vor kriege behvot."
108	1288 Juli 29.	*Cuonradus* abbas mon. Fabar. nepotes quondam Waltheri dicti va der Gruobe super prato dicto Saesche, sito iuxta pontem dictam Sarbrugge, et super aliis quibusdam pratis, ad dictum monasterium iure proprietatis spectantibus, infeodat sub tali conditione, ut ipsi et eorundem heredes legitimi prefato monasterio IIIIor libras cere singulis annis in festo b. Martiini aut infra VIII dies continuos expediant pro censu debito et consueto, et quicunque ipsorum ex negligencia terminum supersederit non solnendo, pro pena ad illum annum duas ℔ cere persolnat. Adiectum est etiam, vt quicunque eorum heredes a se legitime procreatos deficeret, pars illius in prefatis bonis ad Fabariam reuertatur libere et absolute. Facta est hec infeodatio post decessum Gisele supradicti Waltheri quondam uxoris, que eadem bona tempore vite sue a mon. Fabar. tenuerat in feodum. Testes: Dom. C. sacerdos de Haidelberc, Vol. Scultetus de Sanegavs, Albertus Schorandus, Nicolaus de Mails, H. de Thetenanc, H. dictus Costlc, Aeblinus de Buccln, Walth. de Gurtenaesch, Vol. Furlingo. IIII. Kal. Aug. Indict. I. Dat. Aput Sanegavs (Sargans).
109	1289 Febr. 24.	*Nicolai IV.* bulla, qua mon. Fabar. in tutelam apostolicam suscipit et eius immunitates, libertates, nec non consuetudines hactenus in eodem observatas confirmat. Coincidit ex toto cum bulla Gregor. X a. 1232 (N. 71). Dat. apud Lateranum. VI. Kal. Mart., pontif. anno II. Diese, aus G. Suiters Pfäverser Annalen p. 335, entlehnte Notiz ist das einzige, was wir von der fraglichen Urkunde wissen.
110	1290 Sept. 7.	Compositio amicabilis controversie orte inter *Chuonradum* abbatem totumque conuentum mon. Fabar. et procuratores pauperum in Rapresswilo, „super possessionibus bonorum spectantium ad uillam Buozkilch et specialiter super „ortis seu hiis possessionibus, que cum inculte fuerant, in vulgari dicebantur Gemeinwerke, quas possessiones una cum „aliis, que super hoc confecto in instrvmento conscripte sunt, dictum hospitale et sui procuratores a Chuonrado quon„dam abbate, nostro predecessore, pro XI marcis argenti comparasse asseruerunt." Tenor huius compositionis concordat cum instrumento de a. 1275 (vid. N. 98). Testes: Dom. dictus Hardegge, dom. R. plebanus in Rapreswile, dom. H. de Buoskilch, sacerdos, dom. Vol. rector ecclesie in Walde, dom. Alb. de Vrikon miles, dom. C. dapifer, C. aduocatus dictus Cinnicon, Wern. de Rambach, Johannes dictus Gamlenstein, R. de Hasla, C. dictus Banwart, R. cellerarius in Tuggen. Datum apud Rapresswille. In vigilia natiuitatis b. Virg. Indictione XII. Spital-Sigel von Rapperschwil.
111	1295 Jan. 9.	Abbas et conventus mon. Fabarien. pro se et successoribus suis remittunt coloniatoribus de Ragaesch ius quoddam *racca grassa* vulgariter dictum, ab illis prefato monasterio ex antiqua traditione et iure singulis annis expeditum. E contra iidem coloniatores in remissionis eiusmodi recompensationem seruicio suo pro extractione fimi — monasterio Fabar. pro vitulorum decima in dicta villa Ragaesch debiti — tam pro se, quam pro suis successoribus similiter renunciant, iuri tamen dicti monasterii in extrahendo fimum memoratum permanente suo tempore ac loco. „Ad cuius „extractionem adiectum est partibus a premissis pariter et decretum, quod dicti coloniatores, qui nunc uel pro tempore „fuerint, moneantur tertio die ante huiusmodi extractionem per mon. nostri nuntium pariter et uocentur, ut sine dolo, „sicut de iure tenentur, veniant ad extrahendum fimum antedictum. Et quicunque ex dictis coloniatoribus sic monitus „ut dictum est, pariter et vocatus dictum mon. nostrum in extrahendo fimum retardans neglexerit, condictum est a premissis „partibus et adiectum, quod pro huiusmodi negligentia sex meliores inter coloniatores et honestiores, uel unus eorundem „sex, sine dolo, licentia et adiunamine aduocati nunc uel pro tempore existentis adhibita, si necesse fuerit, pro 6. caseis „appreciatis pignora sine contradictione qualibet capiant, nobis et monasterio nostro prenominato sepius consignanda. „Retardantis uero seu supersedentis prehabitam monitionem pignora pro duobus caseis appreciatis per dictos sex meliores „tollantur eidem, ad eorundem sex arbitrium expendendis" etc. etc. Hec transactio manu atque voluntate viri nobilis dom. H. de Wildenberc, aduocati mon. Fab., facta est presentibus: C. Baiolo et Vol. fratre suo, Alberto et Jacobo fratribus sub ecclesia, Walthero filio Alberti sub ecclesia, Vol. sutore, Alberto dicto Schrüsch, Alberto de Bifurca,

		H. de Crista, Wilh. et Rvtschino de Gran dictis, Waltbero et Walthero dictis de Bifurca, Jacobo et Dietrico dictis Sperwaer, Joh. Schrüsche, H. filio Johannis, H de Riuina, C. filio villici Wernheri, Alberone, Walthern Paschelle, Martino de Villurs, R. fabro, C. de ville, coloniatoribus tunc temporis existentibus; H. rectore ecclesie in Ragaesch, Alberto et Dietrico Schnrandis, . . . dicto Berlangto, villico H. seniore de Valennes (Valens) et aliis quam pluribus fide dignis hominibus de monte et de plano. Dat. et actum Fabarie in capitulo, V. Idus Jan. Indict. VIII. Die Sigel des Abtes und Convents von Pfävers sind weggefallen, dasjenige des Edlen v. Wildenberg aber ist noch vorhanden.
112	1296 Mai 15.	Bulla *Bonifacii* VIII papae, qua parochia in Menidorf incorporatur mon. Fabariensi. Dat. Romae apud S. Petrum. Idibus Maii, pontif. anno II. Von dieser nicht mehr vorhandenen Urkunde ist einzig die vorstehende kurze Inhaltsnotiz auf uns gekommen.
113	1299 Oct. 6.	Ritter *Egelolf von Aspermunt*, als Obmann, und zugegebne Schiedleute fällen einen Spruch über die, zwischen dem Gotteshause Pfaevaers und dem Herrn Heinrich von Wildenberc, desselben Gotteshauses Vogt zu Ragaets, gewalteten Stösse und Misshelligkeiten wegen „des vorgenanten gotzhuses maiers vnd vitztvomes rehten vnd gerihten in „dem Dorf ze Ragaets“, und wegen „den svnderlvten, die spitalaer, Kerzaer, Kameraer, vnd amptlivte sint.“ Schiedmänner auf Seite des Edlen von Wildenberg waren der von Bvrgelon und Herr Rvodolf von Valendawes, auf Seite des Gotteshauses Pfävers die Ritter Heinrich von Schellenberc und Gvnthalm von Swarzenhorn. Zugleich waren bei Ausfällung des Spruches als Mitbesigler anwesend: Graue Rvo. von Werdenberc und H. von Gvttingen, nebst folgenden Zeugen: Jacob der Tegan, Rvo. von Hardegge, E. von Wolffurt, H. von Schoenstain, Klosterherren; der von Sigebere der Erzpriester, Herr C. von Walastade, Herr H. der Leutpriester. Herr Brune von Rvzvnnes, der von Mvntalt, der von Hermenstorf, der von Vrikon, der von Riehenstain, Herr Sifrit, Herr E. von Fvntenawes, der von Berge, Herr Vol. von Nivzvders, Herr Vol. von Trisvn, Herr Dietrich Schorant, Herr H. Vederspil Ritter, Albrecht Schorant, Rosenbere, E. von Twingenstain, Johannes von Trisvn „vnd ander ersam livte baidiv pfaffen, rittere vnd Knehte.“ Dat. Ragaetz. An sante Fidvn tac. An der Urkunde hängen noch die Sigel Rud. von Werdenberg, Eglofs von Aspermunt, Heinr. von Schellenberg und Gunthalms von Schwarzenhorn, wogegen dasjenige des H. von Güttingen nicht mehr vorfindlich ist. S. Eichhorn N. 89. nach einer am Schlusse defekten Copie, worin auch das Datum und Zeugenverzeichniss fehlt. Im Uebrigen ist zu bemerken, dass in dieser schiedrichterlichen Sentenz weder des dubiosen Spruchs von 1279 (N. 102) noch des daselbst erwähnten goldenen Buchs irgend welche Meldung geschieht, und dass auch diese Urkunde, gleich derjenigen von 1261, die *Bastarden* nicht unter die Sonderleute zählt.
114	1300 Sept. 15.	Herr *Hartmann der Mejer von Windegge*, Ritter, urkundet, dass er seine Güter zu Bünnisholz, zu Meringen, zu Bossingen, zu Rüti, zu Milzikon, zu Kalthen, zu Büttinkon, „vnd swas ich han niderthalb dem Roetenbach, an (ohne) „min Burg ze Richenburg, dü ein teil min recht eigen sint vnd ein teil min recht erbe von dem Gotzhus ze Ein-„sidellen,“ den „erberen Rittern“ Hermann von Bonstetten dem jüngern und Beringe von der Hohenlandenberg zu Handen der Frau Gertrut, Herrn Hermanns des Marschalls von Landenberg Tochter, seiner, Hartmanns des Mejers, ehlicher Wirthin, zu einem rechten Pfande für 260 Mark löthigen Silbers eingesetzt und übergeben habe. Da die Hälfte dieser Summe der Frau Gertrut von ihrer zugebrachten Heimsteuer wegen als recht eigen Gut zugehörte, sie aber ihrem Ehegemahl diese 130 Mark zu einem Leibding und den Kindern, welche sie miteinander bekämen, für eigen gefügt und übermacht hatte, so verschreibt nun obgedachter Hartmann der Mejer dieser seiner Frau zu einer Widerlegung (d. h. Versicherung, Gegenleistung) jener Summe die andern 130 Mark in gleicher Weise zu einem Leibding, den Kindern aber für recht eigen. Wurde er jedoch mit seinem Schwiegervater oder nach dessen Tod mit dem ältesten Sohne desselben auf anderm Fusse übereinkommen, so sollten ihm dannzumal die obbeschriebenen Güter wieder ledig gelassen werden etc. Nebst ihm besigelten diese Urkunde auch Herr Heinrich von Frowenberg, Freie und Ritter in Churer Bisthum, und Herr Herman von Muntfort, Ritter, welche zugleich bezeugten, dass die hier stattgefundene Verschreibung auch mit ihrer Beider Gunst und Willen geschehen sei. Zeugen: Graf Rudolf von Habsburg, Herr Rüdegge von Werdegge, Herr Hug von Landenberg, Herr Ulrich von Schönenwert, Herr Fritschi in den Reben, Ritter Heinrich von Muntalt, „Früe“ (Freie), Herr Chunrad von St. Gallen ein Priester etc. Dat. Zürich. Donnerstag nach St. Regeluntult, Zwelfhundert vnd Nünzig Jar vnd darnach in dem zehenden Jare.
115	circa. 1300	Hof-Rodel von *Quarten*, auf Pergament, ohne Angabe des Jahres, mit der Umschrift: „Hec sunt iura curtis aput Quarten pertinentia ad mon. Fabariense.“ Ausser diesem sind noch 3 dergleichen Hof- oder Oeffnungs-Rödel von Quarten ungefähr aus der Mitte des 15. Jahrhunderts, zwei in deutscher Sprache, der dritte lateinisch geschrieben, hier vorhanden. Das eine dieser Exemplare hat die Aufschrift: „Dis sint des gotzhuss von Pfäuers jn Churer Bystum „vnd des Hofs rehtung ze Quarten, als si von alter herkomen vnd braht sint vnd auch an desselben alten rödeln „vnd büochern verschriben stand.“
116	circa. 1300	Zins-Rodel des Gottshauses *Pfävers*, auf Pergament, ohne Datum, unter dem Titel: „Hii sunt census ad cameram abbatis Fabarien. spectantes de singulis curiis.“

117	circa 1300	*Volricus* plebanus in Mails statuit, „quod singulis annis in festo S. Michahelis debet dari pauperibus vnus modius „ordei et unus caseus ex possessionibus sitis in Mailinan, quas emi ab Henrico filio Lisonis pro sex libris Mediol., et „tres denarios mercedis ex duobus agris sitis Antrassades, quos dedit mihi et ecclesie Agnesa dicta div Vrigin von „Blunds. Et vnus denarius mercedis ex eius possessionibus debet dari sacerdoti siue sit Vicarius, siue Rector. Et „reliqua sex quartalia et vnus caseus debent dari pauperibus. Et quicunque istam constitutionem ausv temerario „infringere presumpserit, perpetuo anathemate in nomine domini feriatur.“ Pergament-Rödelchen ohne Datum.
118	1301	*Fridericus Morach* de Marchdorff, diuino ardore tactus intrinsecus, monasterio Fabariensi terram suam et hereditatem iuxta prouincialia mansa in Marchdorff, cum omnibus pertinentiis ac iuribus, ex bono animo donat et tradit eo tenore, ut ipse plenam fraternitatem tam uiuens, quam moriens, cum venerabilibus fratribus eiusdem monasterii haberet et post finem vite sue sepulturam et omnium fratrum preces ibidem obtineret. Scripta sunt hec in presentia Conradi abbatis anno 1301 tempore Alberti regis. Transsumpt. p. 164. G. Suiter's Annalen, p. 342.
119	1302 Jan. 23.	Sententia definitiva iudicis ecclesie Curiensis inter abbatem et conventum mon. Fabar. ex una, et Johannem, Anthonium, Chvonradum, filios quondam Johannis de Vilters ac Hainricum de Rungal ex parte altera, super lite quadam concernente decimas in Vilters. Decisum fuit — testibus ab vtrisque partibus super hac re diligenter examinatis, ipsorumque dictis in scriptis redactis — decimam in Vilters prenotatam ad dictum monasterium liberam et solutam de iure pertinere. Dat. Curie. In vigilia b. Joh. Bapt. Indict. XV.
120	1303 Jan. 14.	Iudex Curiensis in causa coram ipso mota inter abbatem et conventum mon. Fabar. et Nicolaum militem de Mails super prato dicto Maderaschge — prestito iuramento a partibus de calumpnia, productis etiam testibus ex parte ipsius abbatis et conuentus, eisque diligenter examinatis — per sententiam diffinitiuam predictum pratum cum suis iuribus et pertinenciis et cum fructibus inde perceptis, et qui percipi potuerint, monasterio prelibato adiudicat, condempnans ipsum militem ad restitutionem feni inde ablati, aut ad eius estimationem, si fenum non exstat. Dat. Curie crastino Hylarii, Indict. I.
121	1304 Febr. 27.	Instrumentum iudicis eccl. Curien, quo promulgatur, compromissos iudices, Hainricum de Gretinne, Nannonem de Marmorra et Wernherum de Sygberg, Canonicos Curien., in causa, quam abbas et conventus. Fabar. mouerint domine Else, filie quondam Alberti dicti Schorant, super pomario apud sanctum Saluatorem extra muros Curien. sito (Vergl. Urk. 1263, N. 88.), arbitrando taliter pronuntiasse, „quod dicta domina Elsa de consensu mariti sui Waltheri legittimi „omne ius, quod sibi in dicto pomerio, si quid habuerat, ad manus prescripti dom. abbatis resignaret. Qua resignacione „facta, dom. abbas predictus in feodauit ipsam Elsam cum suis heredibus legittimis a directa linea procedentibus de „dicto pomerio, ita, quod singulis annis ipsa Elsa sibi (abbati) nomine census feodalis duos caseos appreciatos et dimidiam „libram cere in festo Martini reddere tenetur soluere de pomerio prenotato; hac adiecta condicione, quod si ipsam „Elsam sine heredibus decedere contingeret, quod extunc ipsum feodum vaccaret, et pleno iure absque contradicione „qualibet ad mon. Fabariense dictum pomerium libere pertineret. Est etiam adiectum, quod duo plaustra fimi ad „vineam dom. abbatis singulis annis per eandem presentemtur.“ — Testes: Dom. Nicolaus plebanus im Amze, dom. Dietricus Schorant, miles, Bur. de Gretinnes. Dat. Curie feria quinta post dominicam Reminiscere, Indict. II.
122	1304 Nov. 24.	Compositio inter abbatem et conventum mon. Fabar. et quendam Philippum de Seuelin, mediante iudice Curien. ecclesie facta, vi cuius idem Philippus ad manus dom. abbatis et convent. resignauit bona subscripta: primo vnum iugerum agri de Quadra, it. vnum iugerum in Liuertant, it. vnam aream in Conuent, it. vnam tonsuram prati in Balzols in loco, qui vocatur Runkalaze, it. vnam tonsuram prati in Agrasch, it. duas arbores nuci extra villam Vaduz; adiecta condicione videlicet quod prefatus abbas et conventus persoluant H. dicto dem Zoller in Vadnz X. libras mezanorum in festo Georgii ac totidem in festo Martini proxime nunc venturo, et e contra ipse Philippus teneatur resignare bona propria valencia viginti libras mez. ad manus predicti abbatis et conventus, de quibus ipsi debeant eum ac heredes suos infeodare iure feodali, quantumque fuerint requisiti. Dat. Curie in crastino Clementis, Indict. III.
122 a.	1305 Jan. 11.	*Cvonradus* abbas mon. Fabar. bona seu possessiones infrascriptas, sibi a Philippo dicto Waller et Jacobo fratre suo resignatas, Hermanno rectori ecclesie in Vettens (Vättis), qui et ipsas possessiones rite et rationabiliter a dictis fratribus comparauerat, in feodum concedit, videlicet dimidiam tonsuram prati vulgo dictum Halbmanmat situm sub Mylinang, it. vnum agrum vocatum Sella, qui situs est iuxta Sellam, que fuit Alberti dicti Schorand., it. vnum frustum agri situm sub castro Vroedenberg, vulgariter dicto vnder dem Rain, it. quatuor tonsuras prati vulgo pratecarden sitas in monte dicto Dogoras. Haec bona predictus Hermannus et post obitum suum fratres ipsius Bur. et H. ac heredes eorum possideant eo pacto, ut quicunque eorum pro tempore ipsas possessiones tenuerint. in festo natiuitatis b. virg. Marie vnam libram cere Decano mon. Fabar. annuatim debeant presentare. Insuper statutum fuit, quod si aliquis prescriptorum „absque veris liberis“ de hoc seculo migrauerit, seu bona supradicta vendere et a se alienare attemtauerit, seu etiam censum debitum persoluere neglexerit, tunc pars dictarum possessionum eundem contingens ad usus prefati monasterii qualibet contradictione cessante libere et absolute reuertatur. Testes: Dom. R. de Werdenberg comes iunior, dom. Jacobus decanus, dom. Eglolfus de Wolfurt prepositus Fabar., R. de sancto Johanne, dom. Dietericus dictus Schorant, Albertus frater suus, Volr. pedagogus dom. R. comitis predicti, H. de Valentz, Martinus de Vilters. Dat. Fabarie III. Idus Jan. Indict III.

123	1305 Sept. 18.	*Swigerus de Schellenberg*, miles, in remedium anime sue et vxoris sue legitime curiam sitam in Mure in dem Oberndorf (in der Herrschaft Vaduz), cum universis appenditiis ac proprietatibus predicte curie ab antiquo aunexis, mon. Fabariensi proprietatis titulo donat et confert, renuncians pro se et uxore sua omni iuri, quod in dicta curia iisdem competere videbatur; reservata tamen sibi et uxori sue pensione vulgariter dicta Lipgedinge, videlicet sex modios annone, quorum tres modii sint farris, residui vero tres annone communis, que vulgo dicitur Mernkoru, singulis annis ad tempus uite duntaxat persolvendos, in curie prelibate recompensam. Post vero mortem Swigeri supradicti atque eius uxoris pensio prefata mon. Fabariensi totaliter vacabit. Testes: Dom. R. comes de (Werdenberg-) Sanegans, iunior. dom. Decanus Fabar., dom. de Wollurt, dom. de Mansloch (?), dom. Rudolfus de Grabs, conventuales monasterii prelibati, dom. H. de Schellenberg, dom. Rud. dictus Rainung, rector ecclesie in Mure et viceplebanus eiusdem ecclesie, Vlricus pedagogus dom. R. comitis predicti, Joh. rector scolarum Fabar., Joh. de Trisen, Hertvvigus dictus Schorand. Dat. Fabarie XIIII. Kal. Octob. Indict. III. — Wohl erhaltenes Sigel des Ausstellers der Urkunde, welch' leztere in neuester Zeit, mit sämmtlichen auf die Pfarrgemeinde Eschen bezüglichen Pfäverser Archivalien, an Lichtenstein ausgehändigt worden ist.
124	1306 Febr. 22.	„Anno dom. M. CCC. VI. in die cathedre Petri, Egno, filius Arnoldi, recepit curiam nostram (mon. Fabar.) in Ragaetz, cui presentauimus hos agros: primo in Quadra de Rin II. iugera, que fuerunt culta anno priori, it. in vinea Doniga ex alia parte pontis V. iugera, que fuerunt culta anno priori, it. in vinea Doniga ex ista parte pontis sex iugera cum agro, qui fuerat Schorandi, que fuerant in tertio cultu (*sic*) etc. — — — Item presentauimus sibi IIII boues, qui estimati sunt pro XII ß mercedis in bono precio, it. IIII. vaccas cum vitulis earum similiter estimatas pro XII ß mer. in bono precio, it. dedimus sibi duas scrofas cum earum porcellis estimatas II. ß mer., de quibus tenetur singulis annis II. ß. m. in carnibus. Hec predicta bona et domus et curia et aratrum cum instrumentis suis omnibus et currus fuerant sibi presentata. Hec debet dimittere, quandocunque domino abbati placet, in tam bono cultu et in tali honore, sicut etiam sibi erant presentata. In istis predictis bonis fuit acceptus ad sequestrem pro censu dictus . . . Kroel et Johannes Musch. Hii sic sequestrauerunt pro XXX ß. m.; de illis debent VI ß. iu farre esse, V. in fabis et milio, V ß. in caseo, aliud totum debet esse in grano. Et sciendum est, quod hec omnia sunt computata pro XXX ß m. absque scrofis, de quibus tenentur singulis annis II ß m. sicut predictum est etc. — — Et sciendum, quod dedimus predicto villico II ß m. et I ff. m. ad agros ad semen. De presentatione ista testes sunt hii, qui sermonem habuerunt: Eglolfus de Wolfurt monachus Fabar., Fridericus de Walastad, Albertus dictus Kruel, H. dictus Kroel, H. dictus Musch, Cvon. de Kastels, et alii plures fide digni; item dom. Dictericus miles, dictus Schorand, Albertus frater suus dictus Schorand." Lib. Vivent. p. 64.
125	1306	Protestatio *Conradi* abbatis et fratrum ecclesie Fabar. contra iniustam abalienationem seu diminutionem possessionum suarum externarum; „eo quod per negligentiam aduocatorum nostrorum plurima predia a prisco tempore ecclesie nostre „contradita, per extraneos inuasores et sub ferocitate laicorum posita male distracta et pene impedita existere. Precipue „uero aduocatia nostra cum ecclesia S. Marie, hominibus et aliis pertinentiis in loco Weggis (im K. Luzern) *per* „*nimiam Alberti regis rapacitatis sitim* ualde exinanita dicitur." A. 1306 (ohne Monatsdatum). Transsumpt p. 165. Suiter p. 356.
126	1309 Jun. 29.	Ritter *Eglof* „vnd Egloff Knecht, gebrüoder, geheissen *von Rosenberg*," leisten zu Handen des Abtes und Conventes von Pfävers Verzicht auf ihr zu Tuggen ingehabtes Lehen, welches Peter von Rambach von ihnen zum Afterlehen inne hatte. In festo S. Petri. (Alte Registratur-Fragmente, die Urkunde selbst aber nicht mehr vorhanden.)
127	1309	Der Hof zum Brunnen in Manidorf wird von Conrad, Abt zu Pfävers, um 1 Mütt Kernen verliehen. G. Morel *Regesten v. Einsiedeln* N. 172.
128	1310	*Heinricus* (VII) Romanor. rex Conradum abbatem mon. Fabar. cum fratribus sibi comissis ac omnes eorundem res et immunitates, eo fine, ut dicti fratres post mortem ipsius eo libentius ac devotius deo animam suam commendarent, in suam et imperii tuitionem suscipit et ipsi abbati et successoribus suis regalia feoda principatus adhibitis solemnitatibus consuetis tradit. Proinde serio mandatur, quatenus ministeriales et vasalli omnesque homines, ubicunque locorum commorentur, mon. Fabar. abbati tanquam suo domino et imperii principi in cunctis reuerenter obediant. In presentia virorum principum Balduini archiepiscopi Treuirensis, Theodibaldi Leodicens., Gerardi Constant., Gerardi Bas., Leopoldi ducis Austrie, Werneri comitis Homberge et Rapperschwile veteris, Waldrami Lucemburgi Cesaris frat. Dat. Bernae anno 1310. Indict. II. Eichhorn N. 95; die Urschrift nicht vorhanden. In dem Nekrolog von Pfävers ist der Sterbenstag K. Heinr. VII. in dieser Weise angemerkt: „IX. Kal. Sept. anno dom. MCCCXIII. Indict. XII. obiit inuictissimus Cesar Romanorum H. de Lützelburg."
129 a.	1311	*C.* abbas mon. Fab. Henrico, filio domine Katerine, et suis heredibus ab ipso legitime provenientibus quoddam solamen cum toto edificio nomine feodi concedit pro annuo censu unius soldi mercedis in grano perpetuo possidendum, quod videlicet solamen a dicto Henrico, de voluntate matris sue, Hermanni fratris et Iudinte sororis sue, nec non omnium heredum suorum, quorum interest, ipsi monasterio libere traditum fuit et donatum. Adfuerunt etiam testes viri ydonei et discreti: Fridericus dictus Snoede, Hartvvicus Schorandus, Vol. de Castris, R. dictus Fürlingus, H. dictus Kroel, Jacobus cellerarius, Io. preco, C. de Castels. Dat. in Wartenstein. VII. Kal. Novemb. Indict. X

129 b.	1312 April 17.	*Elisabeth* dicta Boettlin, vidua ciuis in Walastade, domum suam ibidem iuxta portam inferiorem sitam, cum pomerio eidem contingno extra muros ciuitatis et aliis quibuscunque ad eandem domum pertinentibus, ex inspiratione diuina et ad recompensam perceptorum abbati et conventui mon. Fabar. legauit libere et in omnem euentum presentauit. Hanc donationem Rvod. Comes de Werdenberg, sub cuius dominio predteta vidua existebat, manu suo concedit ac sigilli sui appensione corroborat. „Nos H. et R. comites iuniores de Werdenberg predicta singula profitemur rata et „grata habituri cum omnibus sollempnitatibus iuris debitis et consuctis.“ Testes: Henricus de Sygeberg, miles, Johannes clericus de Trisvn, H. minister de Nipperg (Nidberg, bei Mels). Dat. Sanegans. XV. Kal. Maii, Indict. X. Das Sigel des Grafen R. von Werdenberg hat ein kleines Contrasigel mit der Umschrift: „S. Friderici Scribe.“
129 c.	1315 Jan. 24.	*Swigglinus von dem Heiligenbache* coram iudice Curiensi in choro eiusdem ecclesie constitutus publice recognouit, domum sitam in Walastade prope portam inferiorem, nec non pomerium ante portam prope domum iam dictam situatam (vid. N. 129 b.) de iure pertinere ad Fabariam ex legatione legitima Elizabethe dicte Boetlin, sibique in eisdem nichil iuris competere, quapropter idem Swigglinus pro se suisque heredibus de domo et pomerio predictis cessit, renuncians insuper omni peticioni seu impeticioni, que ad se ipsum de iure vel de facto super domo et pomerio supradictis contra Fabarienses pertinere videretur aut posset. Dat. Curie. Nono Kal. Febr. Indict. XIII. Sigillum iudicis Curien.
130	1315 Oct. 6.	*Elsbeth von Usingen*, Verweserin der Aebtissin Elsabeth des Gottshauses zu Zürich, urkundet, dass Konrad Spiller, der jüngere, Burger in Zürich, an Heinrich Trueber, Wechsler von da, einen Garten zu Stadelhofen vor der Ringmauer um 24 ℔ Zürcherpfenninge verkauft, und dass sie, die Abtei-Verweserin, diesen Garten um den jährlichen Zins von einem Zürcherpfenning dem gedachten Trueber zu rechtem Erbe (Erbzinslehen) verliehen habe. Bei diesem Verkaufe hatte Judenta, des Conr. Spillers Ehefrau, aller Forderung und Ansprache zu dem benannten Garten, der vorher ihr Leibding gewesen, entsagt und darüber einen Eid geschworen. Dat. Zürich. An St. Fidentag. Unter den Zeugen wird genannt: Herr Ulrich der Probst zu Vare, Herr Johannes Wolfleibsch, der eltere. Sigel der Aebtissin.
131	1316	„Anno Christi 1316 sub C. abbate altaria monasterii omnia sunt consecrata.“ Aug. Stöcklin's hist. Fragmento Mss.
132	1319 Mai 2.	Judex Curiensis attestatur, Annam et Elizabetham, Inclusas in Walastade, in controversia mota super quodam prato et quibusdam agris cum abbate et conventu mon. Fabar. amicabiliter convenisse ac bonis illis et liti totaliter renunciasse, eadem videlicet bona ad manus abbatis et conventus predictorum resignantes libere et expresse. Hanc transactionem rite et rationabiliter factam iudex supradictus approbauit, ipsis partibus in causa pretacta silencium perpetuum imponendo. Preterea dom. abbas et conventus expensas factas in lite predicta dominabus suprascriptis pure propter deum remiserunt. Dat. Curie. VI. Non Maii. Indict. II.
133	1319 Mai 14.	„Anno dom. 1319 Indict. II. Obiit nobilis domina *Berchta*, relicta quondam nobilis dom. *H. de Wildenberg*, que fuit de progenie spectabilium comitum *de Kilchberg*, que legauit nostro monasterio XI marcas et I. plaustrum vini ob celebracionem eius annualis anniuersarii in nostro monasterio a fratribus. Insuper tempore vite eius multa bona nostro fecit monasterio.“ — Necrologium Fabariense ad II. Idus Maii.
134	1320 Apr. 1.	Grave *Huge* und *Anna* Grävin *von Werdenberg*, seine Gemahlin, stellen eine urkundliche Verschreibung aus, dass sie Beide Eberharten von Regetz (Ragaz), „dez Maiers sun Vlrichs ab dem berg, der sin kepasun ist vnd vns aigen ist,“ mit allen zu ihm und seinen Nachkommen gehabten Rechten und Ansprachen dem Gotteshause Pfeuers aufgegeben und in dessen Besitz gebracht haben. Dat. Vroedenberg. An dem Zinstag nach dem österlichen Tag. — Sigel des Grafen und der Gräfin; letztere war laut der Umschrift *ihres* Sigels eine geborne von *Wildenberg*. Obigen Grafen Hugo zählen wir unbedenklich zu den Grafen von Werdenberg-*Heiligenberg*, im entschiedensten Widerspruch mit *von Arx*, (II, 52) und *Vanotti* (Gesch. d. Hauses Montfort und Werdenb., S. 278), welche ihn der *Sarganser*-Linie beigesellen, während nirgends eine Spur sich findet, als hätten die Grafen von Werdenb.-Sargans jemals im Bezitze der Veste Freudenberg, wo vorstehende Urk. ausgestellt wurde, sich befunden. Benannter Graf Hugo kann überhaupt um so weniger der Vater der Grafen Rud. u. Hartm. v. Werdenb.-Sargans gewesen sein, als ihm seine Gemahlin A. von Wildenberg, laut Urkunde 1346, keine Kinder geboren hatte.
